fil · ET FRAT AVGG
NN PONTEM CH
ABINAE FLVVI A So
LO RESTITVERVNT
ET TRANSITVM RED
DIDERVNT
/ENECIONE LEG
/RANTE MARIO PER
AVGG LEG XVI F F

Puchstein descripsit vv. 1—20; ex vv. 21—23 quae supra leguntur, excepimus ex ectypo.

Traduntur 2 SEVEPVS II — 3 PEPTINAX — 5 PRINCPS — 7 TPIB — 8 IMP VIII / OCI / — 12 PROCS — 13 ET S SEPTI — 15 FIL] PS.

---

27 in eodem ponte in parte inter meridiem et orientem.

IMP CAES L SE
PTIMIVS SEVER
*us pius perti*NAX A
(reliqua non sunt descripta)
in parte inferiore:
LEG
(reliqua non sunt descripta)

Descripsit Puchstein, legens 3 ///EC///NAXA.

28 in columna in eodem ponte collocata in angulo inter meridiem et orientem.

imp.
CAES · L · SEPTIMIVM
seVEr pium PERTINA *cem*
aug ARAB ADIAB PAR
THIC · PRINCIP · FE
LICISSIMVM · PON
TIF · MAX · TRIB · PO
TEST · XII · IMP · VIII
CONS · II · PROCOS
QVATTVOR
CIVITATES COM
*m*AG · PRINCIPEM
*iu*STISSIMVM

1 hiatus non indicatur.

29 in columna *auf der zweiten und dritten Trommel von unten*, in eodem ponte e regione inter meridiem et occidentem.

IMP CAES M ·
AREL ANTO
NINV*m* AVG
AVG · N · FIL
PROCOS
IMP · III
QVATTVOR
CIVITATES
COMMAG·

30 in columna in eodem ponte in tertio angulo.

IVL · DOMNAM
AVG · MAT*r*E*m*
KA*str*O*r*V*m*
QVAT CIVITAT
COMMAG

Traduntur 2 MATPE7 — 3 KA//NOPVN.

Descripsit Puchstein, ed. Henzen l. c.; quarta columna, in qua Getae nomen fuit, deiecta sit necesse est.

Propter pontem in extrema Commagene ad fines Cappadociae a Severo factum quattuor civitates Commagenes, scilicet universa provincia, eum honorant, ita fere ut *civitates IIII vallis Poeninae* in oppido Nantuatium communi nomine Druso Caesari statuam dedicarunt (inscr. Helv. n. 17). Illae civitates quaenam fuerint, potissimum ex Hierocle (c. 48) sumendum est oppida XII enumerante in provincia Euphratensia, quam provinciam constat factam esse ex antiqua Commagene et parte Syriae Cyrrhestice. Demptis oppidis, quae huic recte attribuuntur (Ἱεράπολις — Κύρος — Ζεῦγμα — Νικόπολις — Σύριμα vel potius Οὔριμα — Εὔρωπος, cf. Ptolemaeus 5, 15, 13. 14), item ignotis duobus (Σκιναρχαῖα — Σαλγενορατίξενον) restant Samosata caput Commagenes (Plinius h. n. 5, 24, 85 cet.), Doliche (hodie Tell Dûlûk prope Aintâb; v. Puchstein l. c. p. 32), Germanicia, Perre (hodie Pirûn prope Adiamân; cf. Puchstein l. c. p. 35), quorum tria prima etiam Ptolemaeus 5, 19, 10 in Commagene recenset, quartum non nominat.

MESOPOTAMIA.

AMIDA (p. 41).

31 ad n. 213. Puchstein descripsit titulum ipsum incorruptum, sed loco tam alto positum, ut recte excipi nequiret ne telescopio quidem adsumpto. Exemplo eius hoc:

VIRTVTE PRECIPVIS IN///TIS
INPERATORIB/S SALVI
VALENTINIANO V
GRATIANO P/R/EIV
AC TRIVMFATORIBVS SP \\
PEOVCCC CIVITAS DISPOSIT//
PIETATISPORVMAI V·N
// //IAPRICA T

cum praeterea restitutio a me proposita firmetur, iam in fine apparet fuisse CIVITAS DISPOSIT*ione* | PIETATIS · EORVM . . . . | FABRICAV*i*T. Quid fabricarit, *moenia* opinor vel simile quiddam, lectio expleta aliquando aperiet.

CYPRVS.

VIAE (p. 42. 974).

32 columna fracta ad vicum *Hagios Theodoros*, qui a Salamine distat m. p. c. XVIII, *dans le champ du papas Nikolaos*.

	IMP
	T · CAESAR · DIVI · F · VES*pasianus*
*m*AXIMO	*au*G · *p*ONT · MAX · TR · POT *uiiii* ?
*c*ONTANTIO	*cos* · $\overline{\text{VI}}$*i* · DES · $\overline{\text{V}}$*iii* *imp* . . . p. C. 79 ?
? *triumfat* ƆRIBVs	*uia*S · NOVAS · FECIT
? *semper a*VGG	PER · L · PLOTIVM · P . . . . .
	$\overline{\text{XVIII}}$

Locum indicat Sakellarios (τὰ Κυπριακὰ Athenis 1855) vol. 1 p. 157 q. u. v.; ed. M. Beaudouin et E. Pottier *Bull. de corr. hell.* 3 (1879) p. 171.

Inscriptio recentior ita posita est iuxta alteram, ut ex parte in eam incurrat et antiquioris principia vv. 3. 4. 5 propter illam sublata sint. In priore quod traditur 3 $\overline{\text{VIII}}$ DES $\overline{\text{V}}$ aut ita mutandum est ut feci, aut is qui titulum scripsit errore credidit Titum a. 80 consulem designatum esse in sequentem. — In altero 3 traditur ƆRIBVI.

LYCIA ET PAMPHYLIA.

ATTALEA.

33 Attaleae Pamphyliae in porta qua itur Pergam.

ti · CLAVDIVS · DRVS*i f.* CAE
SAR · AV*g* · *g*ERM*an*I
CVS · PONTIF · MAXIM*u*S
TR·PO*t*·X·IMP·XIIX·P·P·CoS·DE p. C. 50
SI*g* · V *p*ER · M · AR*ru*NTIVM
AQVI*l*AM · PROCVR · SV*um*
VIAS REFECIT
TI*β*ε*PIOς* ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΔΡΟΥΣ*ου* ΥΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ
ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙ
ΚΟΣ ΑΡΧΙΕΡΕΥ*ς* *μ*Ε
ΓΙΣΤΟΣ ΔΗΜΑ*ρ*ΧΙ
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ *τ*Ο
Ι ΑΥΤΟΚΡΑΤΩ*ρ* *το* *ιή*
ΠΑΤΗΡ ΠΑΤΡΙΔ*ο*Σ

A C. Wilsono descriptam edidit Ramsay *bull. de corr. hellén.* 7 (1883) p. 259. Traduntur 1 II — 2 AVCCEPM I — 4 POX — 5 SIC — 8 ΓΙΙ ΡΙΚΛΑΥΔΙΟΣ. Consulis M. Arruntii Aquilae, qui fasces gessit c. a. 72 (vol. X, 8038; cf. V, 2819), magis est ut hic procurator pater fuerit quam M. Arruntius . . . . consul suffectus a. 66 testibus actis Arvalium. — Pamphylia postquam provincia facta est a. p. Chr. 25, cuius ordinis praesidem habuerit, adhuc ignorabatur, quamquam procuratorem eum fuisse propter provinciae exiguitatem verisimile erat. Id iam confirmat hic titulus. Adversatur autem narrationi Dionis 60, 17 Lyciam a. p. C. 43 in provinciae formam redactam esse et cum Pamphylia contributam; Lyciam enim imperante Claudio constat non procuratori paruisse, sed legato. Fortasse de ea mutatione anno indicato in curia actum est, ipsa aliquanto serius ad effectum perducta, cum ex hoc titulo constet Pamphyliam ad a. certe 50 procuratorem suum habuisse.

MYRA (p. 45).

34 ad n. 232. Recognoverunt a. 1882 expeditionis Austriacae in Lyciam susceptae socii Schneider et Studnizka. Extat in vico Andraki, ubi fuit antiqua Andriace portus Myrorum (cf. Hirschfeld et Benndorf *archäol. epigraph. Mitth. aus Oesterreich* 6 p. 248). Inter NERVAE et NEPOTIS interpositae sunt protomae Hadriani et Sabinae supra portam horreorum exsculptae. In lapide est HADRIANI. Litterae altae sunt c. centim. 20.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

ZIATA (*Charput*) Armeniae maioris.

35 bases duae altae m. 1.50, latae m. 0.95. Kesérik prope Charput repperit Armenius Jaghdji Oglu, dum fundamenta effodit monasterii ad domum ipsius adiuncti. Extant in eius domus atrio parieti immissae.

NERO · CLAVDIVs
CAESAR · AVG GERMNCvs
IMP · PONT · MX TRIB · POT · XI
COS IIII · IMP · VIIII · PAT P
CN DOMITIO CRBVLONE
LEG · AVG · PRO · PR
T AVRELIO · FVLVo LEG AVG
LEG · III · GAL ·

Duo exempla Angli Burgin a Curtisio acceptum et Fischbachii misit Ioh. Mordtmann.

2 GERMNCV Fischb., GEPMNCo Burgin. — 3 MX Burgin. — 4 PATP Burgin, PATR Fischb. — 5 CoRBVLoN Fischb. — 7 LG AG Fischb., LEoNo Burgin.

NERO CLAVDIvs
CAESAR AVg gERMNc
IMP · PONT · MAX · TRIB
POT XI COS · IIII · IMP · IX P · P a. 64
CN DOMITIO CrBVLoNE
LEG AVG · PRO · PR
T AVRELIO · FVLVO
LEG · AVG
LEG · III · GAL ·

Descriptam ab Armenio quodam edidit Ioh. Mordtmann in eph. Hermae vol. 15 (1880) p. 289. Idem misit postea descriptam a Fischbachio.

1 CLAVDI·s Fischb., //AV//DIVI Arm. — 2 AVCCERMNo Fischb., /V////// Arm. — 3 MAX·TRIB Fischb., MAXIMO Arm. — 4 IIII Fischb., III Arm. — 5 C//BVLoNE Arm. — 6 IEG idem. —

Noeldekius in litteris ad Mordtmannum datis Charput oppidum sive Hisn Ziâd observavit apud Ammianum 19, 6, 1 appellari *castellum Ziata*, inveniri etiam sub vocabulo Zîtâ in anecdotis Syriacis Landii II, 61, 14, Arsamosata igitur non fuisse eo loco, id quod coniecerat Kiepertus. Praeterea quae de urbe nota sunt, digessit Mordtmannus l. c. p. 290 seq. — Ordinatio tituli similiter redit in ponte Aquiflaviensi vol. II n. 2477 anni 79: incipit imperator, hic primo casu perscriptus, cum in Hispano de casu non constet; sequuntur casu sexto legatus pro praetore et legatus legionis in utroque, accedente in Hispano procuratore; deinde nominatur legio per compendium casu sexto magis solvendum quam primo; *civitates X* cum nominibus subscriptis accedit in Hispano. In Armeniaco sine dubio cogitatione supplendum est *fecit*, et inde colligendum pace facta et Armenia recepta ibi ubi tituli inventi sunt factum esse castellum stabili Romanorum praesidio custodiendum, non solum opinor finium tutandorum causa, sed item ut inde liqueret Armeniam in dicione esse Romanorum. — Corbulo quem locum eo tempore tenuerit, exponit Tacitus ann. 15, 25: *Syriae executio C. Cestio,*

copiae militares Corbuloni permissae, ut simul tetrarchae ac reges praefectique et procuratores finitimarum provinciarum eius iussis obsequi iuberentur. *Legatus Augusti pro praetore* horum titulorum ita videtur accipiendus, ut et extraordinarium illud imperium haberet et solito regeret Galatiam et Cappadociam. — Ibidem Tacitus refert inter alias legiones eum tertiam in Armeniam accivisse, quae hos cippos posuit. — T. Aurelius Fulvus legatus legionis eius nominatus paullo post apud Tacitum (hist. 1, 80) avus est imp. Pii (v. Herm. l. c. p. 296). Praeter consuetudinem et errore, ut videtur, Neroni imperatoris vocabulum bis datur ita, ut priore loco non pro praenomine adscribatur, sed collocetur post cognomina.

SATALA (*Sadaga*) Armeniae minoris.

36 in litteris remanent vestigia minii. Sadaga (14½ mil. geogr. in orientem a Schebchane-Karahissar, 7 mil. geogr. inter or. et sept. a Melikscherif = Arauraca Hirschfeld), ubi videntur fuisse Satala Armeniae cum castris leg. XV Apollinaris.

C
IVN
NAE D
ATTICA DIS DA
TA SVM TVRBA
COMITATA
MEORVM
ROMA MIHI TEL
LVS GENVS IN
DE SET HOSPI
TA SEDES

Guilelmus Everett proxenus Anglus in Kurdistania misit Gustavo Hirschfeld, Hirschfeldius mihi.

4 de T priore dubitabat Everettius. — Potest fuisse ad hoc exemplum: . . . . . [*Atticae*] *C* . . . . . . *Iun*[*ianus femi*]*nae d*[*ignae*]. Sequitur epigramma:

Attica dis data sum turba comitata meorum:
Roma mihi tellus: genus inde: set hospita sedes.

Nempe hospita terra Armenia Romanae mulieri sedem aeternam dedit.

TRAPEZVS (p. 46).

37 ad n. 236. Edidit item Pericles Triantaphyllides ἡ ἐν Πόντῳ Ἑλληνικὴ φυλὴ ἤτοι τὰ Ποντικά (Athenis 1866) p. 53, qui legit 3 CAI/AI — 3. 4 TROGAVDO PREF · AEG . . . versibus aliter divisis.

TYANA Cappadociae.

38 Tyanis.

G · LAE*torio* MAR
TIALI EVOCATO
MAIORIARIO PATRI
DVLCISSIMO
G · LAETORIVs M
MARTIALIS
FILIVS EIVS MEMO
RIAE CAVSA
VIXIT ANNIS
❦ XXXV ❦

Ramsay *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 321.

1 LACI MAR traditur. — 5 fin. M abundet.

De maioriario quae tituli nos docuerunt (nam silent auctores) composui ad Beneventanum IX, 1095 (cf. ibidem n. 3350). Huc pertinet potissimum VI, 3445: *evok.* [*Aug. mai*]*oriario prae*[*f. praet.*], cuius supplementa mea iam confirmantur. Conferendus item titulus, quem prope Simitthu in Africa repperit Cagnat (*comptes rendus de l'Académie* a. 1882 p. 9): *Granius Frugi ara*(*m*) *Priapo de suo fecit maiorio suo.*

POMPEIOPOLIS Paphlagoniae (p. 47).

39 ad n. 241. Descripsit Gustavus Hirschfeld collocatam hodie in ludo litterario. Tabula est marmorea magna supra fastigiata inscripta sic:

L · FLAVIVS · ASCLEPIADES
PETRONIANVS HIC SITVS
EST
ΛΟΥΚΙΟΣ ΦΛΑΟΥΙΟΣ ΑΣΚΛΗ
ΠΙΑΔΗΣ ΠΕΤΡΩΝΙΑΝΟΣ
ΕΝΘΑΔΕ ΚΑΤΟΙΧΕΤΑΙ

SEBASTOPOLIS Ponti Galatici.

40 Sebastopoli (hodie Sulu Serai), quae item Heracleopolis fuit (cf. Ramsay in eph. Cantabrigiensi *Journal of philology* vol. 11 p. 153).

IMP CAES
MARCVS ANTO
NIVS GORDIANI
NEPOS PIVS
FELIX INVICT
AVGVSTVS

Descriptam a C. Wilson misit Ramsay.

Notabile est Gordianum puerum hic suo nomine carere et ab avo tantum appellari.

41 Amasiae prope rudera pontis super fl. Irim Ramsay; idem paullo post rediens eodem titulum hunc et n. 82 sublatos invenit et in opus pontis interim refecti coniectos.

i|O M|
G · SAC ·
al|A · Ī · FLAVIA|
au|G · BRITTN|*n*
co|C · R · BIS · TO|*r*
q|VATA · O*b* v|*rtu*
te|M · CVI · |*praeest*
VS · BOI|

Ramsay et descriptam misit et edidit *bull. de corresp. hell.* 7 (1883) p. 27. Typographus quae corrupit omisitve non adnotavi. — 1 in . . . G aut cognomen Iovis latet aut alterum numen. — 6 VAΓA · OR traditur; emendavi adhibitis titulis in Britannia inventis (vol. VII, 340—344) *alae Augustae Gordianae* (vel *Augustae* nude) *ob virtutem appellatae*, quamquam eam alam ab hac nostra diversam esse verisimile est. Alas *torquatas* (causam explicat Zonaras 7, 21: οὐ κατ᾽ ἄνδρα μόνον ἀριστεύσαντα ταῦτα ἐδίδοτο, ἀλλὰ καὶ λόχοις καὶ στρατοπέδοις ὅλοις παρείχετο, cuius loci admonuit Domaszewskius noster) novimus plures, ut Moesicam VI, 3538 et Silianam III p. 1146, *bis torquatam* Petrianam Orell. 516. Conferri poterit item *signifer ob virtutes phalaris torquibus armillis don*[*atus*] tituli Pedemontani C. V, 7495. — Haec *ala I Flavia Augusta Britannica miliaria civium Romanorum* (vol. III p. 1115 cet.) per a. 113—167 praesedit Pannoniae inferiori; aliquamdiu eandem partem fuisse exercitus Cappadocici iam intellegitur. — 7 CVI · R/ traditur.

Nefez-Köi Galatiae.

42 inter rudera quae creduntur Tavii, nunc Nefez-Köi in pariete aedium.

PERATORVIC

Ramsay, qui vidit, *bull. de corresp. hell.* 7 (1883) p. 26.

ANCYRA Galatiae (p. 47. 975. 1059. Eph. II p. 293. 471).

43 ad n. 248. Contulit Domaszewskius.

---

44 ad n. 249. Ad ectypum recognovit Domaszewskius. — Scr. 2 ARA*b* — 6 *a*NIAS — 7 in. *pr*OC — 8 *to*R · PER — 9 *et* LIBVRIAM — VECTIGALIOR — 10 *p*OPVL — PADWI — 13 PONTWI — 14 RATEOR — 15 PI XX.

---

45 ad n. 252. Ad ectypum (deficiebat in eo v. 10) contulit Domaszewskius. Emenda 2 AVG — 7 B B — 8 PRAESIDE.

46 ad n. 253. Photographicam imaginem habuimus.

---

47 ad n. 254. Photographica imago dat 7 SANCTISSIMO.

---

48 ad n. 260. Photographica imago dat 5 fin. M · II · (non MIL) — 6 in. \LEG, ut hic supplendum sit 7. — 8 in. \EG — 9 \7VII CL 7 LEG XV AP.

---

49 ad n. 262. Imaginem photographicam habuimus. — Adde in. D *m* et emenda 2 KAL — 5 VALEI\N — 10 ☩ FECER — 10. 11 supplendum esse [πά]λαι στρατιώτῃ bene monet Domaszewskius collato loco Iosephi bell. Iud. 1, 16, 6.

---

50 ad n. 269. Ad ectypum recognovit Domaszewskius. 8 seq. sic scribe: SECVN|*D*VS HERES ET | COLLEGA- | F ☩ C.

---

51 ad n. 272. Ad ectypum Domaszewskius egregie emendavit sic:

D · M · C · *sic*
A É T V R N I A E · Z Ó T I E
A N N I V S · F L A V I Á N V S
D E C · L Í C T O R · F V F I D
P O L L I O N I S · L E G · G A L
C O N I V G Í · B . M · V Í X I T
A N N · X V · M E N S · V ·
D I É B · X V I I I · Q V Á E
P A R T V́ · P R Í M Ó P O S T ·
D I E M · X V I · R E L I C T O
F I L I O · D É C E S S I T ·

Legatus sine dubio est L. Fufidius Pollio consul ordinarius a. 166 (vol. VI, 165. 360; cf. Borghesi opp. 5, 371). Ipse titulus similis est Ephesini n. 6083: *D. Publicius Fructus lictor Fontei Agrippae procos.* (cf. *Staatsrecht* 1² p. 320); quod in Ancyrano quoque magistratus adscribitur, id quod numquam fit in apparitoribus urbanis, confirmat quod alibi demonstravi hos perpetuos fuisse, illos ad tempus officii adsumptos. Ancyranus autem primus est qui ostendat decuriationem etiam ad lictores magistratuum provincialium pervenisse. Ne tamen statuas ex urbanis collegiis lictores eis attributos esse, memineris urbanos plerumque appellari *lictores trium decuriarum,* cum hic *decurialis lictor* (rarum id in urbanis, ut VI, 1872) eo ducat singulis magistratibus qui fasces haberent singulas lictorias decurias adfuisse.

---

52 ad n. 6054. Ectypum quod misit Mordtmannus ab exemplo edito non differt. V. 1. 2. 7 maioribus litteris scripti sunt; inter 1 et 2 interstitium est; 7 fin. vacat sic:

FVNCTO
APOLLINARIS

53 ad n. 6055. Ex ectypo, quod exhibuit Mordtmannus, excepi sic:

P AEL SEMPRO*ni*O LYCINO OM*nibu*S
MILITIIS EQVESTRIBVS ORNATO PROC · $\overline{XX}$ · H ·
PER PROVINC · NARBONENSEM ET AQVITANIC*um*
PROC · PROVINC · DACIAE · POROLISENSIS · PROC · CC
ALEXANDRIA*e* IDIV LOGV ❦
Q · FAB · TITI*an*VS · A MILITIS MVNICEPS · EIVS ·
❦ AMICO INCOMPARABILI ❦

V. 1 scriptus est litteris hodie dimidiatis.

54 ad n. 6056. Imaginem photographicam habuimus. Perrot edidit *voyage de la Gal.* 1 p. 266. Misit item descriptam Ramsay. — 4 7 · LEG ❦ lapis.

55 ad Eph. II p. 471 n. 1036. Excepit sic Domaszewskius ad imaginem photographicam:

*c*LEME*n*TISSIMO ADQV
E PERPETVO IMPERATORI
D N CO*nsta*NTINO
MAXI*mo* VICTORI SEM
*p*ER A*ug* FL CONSTANTIV*s*
V C PRAEFECTVS PRETORII
PIETATI EIVS SEMPER
DICATIS*sim*V*s*

Praefectus praetorio Constantius nominatur in constitutionibus a. 315 (C. Th. 8, 4, 1. 8, 5, 1; C. Iust. 11, 68, 1). 324 (C. Th. 15, 14, 1). 325 (C. Th. 1, 5, 1. 12, 1, 11). 327 (C. Th. 2, 24, 2); fortasse idem est consul ordinarius a. 327. Gentilicium praeter hunc titulum nusquam enuntiatur, nisi idem est, ut esse videtur, Flavius Constantius praeses Cariae tituli Aphrodisiensis C. I. G. 2745.

56 ad Eph. II p. 471 n. 1037. — Fortasse sic emendanda: . . . . . *Ti. Cl(audi) Candidi tribuni [l]e[g(ionis) XV] Apollin(aris)* . . . . *nutric[i]ae h(ic) [sitae]*. Post tribunatum enuntiabatur fortasse seviratus equitum Romanorum. Alumnus potest fuisse filius noti ducis Severi, cuius cursum honorum proponit titulus Tarraconensis vol. II n. 4114.

57 Ancyrae.

SANC
TINIVS
SEVERVS
SIGNIF*er*
*le*G XXX
V V SAC
ROSOMIT

Descripsit Ancyranus quidam, cuius habuimus collectanea.

Hiatus notam supra addidi, delevi puncta 1 in. fin., 2 in. fin., 3 fin. — 4. 5 SIGNIFR | IIG traditur. — 6 *S(everianae) Al(exandrianae)* proposuit Domaszewskius. — 7 fortasse fuit POSVIT.

58 Ancyrae *sur le devant d'une mosquée près du Konak.*

D · M
SALVI · NEN*i*
L · AI · CAMP*ani*
ANI · CN · PLO*ti*
MAXIMINI · T
OENI · SEVER*i*
SERVEIENI *Vrsi*
$\overline{III}$ · VIR · K · TRIB *LAt*
LEG · V MAC · IT*EM*
LEG · I ADIVTR *Ic*
VIXIT AN · XX*I*
MENS · IX · D · II*I*
SVI

Imminutam descripserunt Domaszewskius, qui ectypum sumpsit, et Ramsay, qui edidit *bull. de corresp. hell.* 7 (1883) p. 16. Ab Ancyrano illo descriptam habuimus paullo pleniorem quam nunc est.

Quae dedimus inclinatis, suppeditavit Anonymus Ancyranus hodie effracta. — 2 de puncto post *Salvi* mihi constabat. *Nenius* gentilicium novum est et mirum. — 3 *Haii* non admodum rari. — 5. 6 consules T. Hoenii Severi vel Severiani in fastis reperiuntur ad a. 129. 141. 170. — 6 SEV RI // Anon. — 7 SERVEIENIVPI // Anon.; superest SERVEIENI\| — 9 ITE\ Anon.

---

59 Ancyrae.

e-T · DECVRIONES ·
M · PLAVTIVS MACEDO
SEX · LVCILIVS MASCVLVS
C SVLPICIVS LONGINVS
L · NVMISIVS · L · F ·

*co*H $\overline{II}$ HISPANOR

Ad ectypum descripsit Domaszewskius.

Militum vexillationes quaedam ita enumerantur, ut praecedat ipsius numeri nomen, sequantur praepositi. Qui in hoc frustulo primum locum tenent, equites sunt aut legionis alicuius aut (quod praefert Domaszewskius recte opinor) cohortis cuiusdam equitatae; utrique enim numero fuerunt CXX sive quattuor turmarum. Apud auctorem enim de castris metandis quod hodie legitur c. 27 cohortem miliariam habuisse equites CCXL, turmas decem, quingenariam eadem pro parte dimidia, editorum est et pro tradita lectione: *habet cohors aequitata miliaria 77X aequites ped. CCXL turmas decuriones* substituendum: *habet cohors equitata miliaria centurias X peditum, equites CCXL, turmas decuriones octonos,* cum praesertim mox auctor ad decuriones respiciat. Quot autem turmae, tot sunt decuriones. Cohors II Hispanorum per a. 60—85 in Pannonia tendebat, a. 116 in Germania superiore.

60 Ancyrae.

T AVR FI
R MINO
LIBR EQ
SING IMP
N NAT NORI
CO MILIT AN
XV VIX AN
XXXII AVR
MARCVS
H F C

Ad ectypum descripsit Domaszewskius.

Librarium equitum singularium alium subministrat laterculus urbanus vol. VI, 225*c* II. Cf. Cauer eph. epigr. 4 p. 425.

---

61 Ancyrae *sur le devant d'une mosquée près du Konak* RAMSAY.

D M
C · IVL · QVIR · PVDEN
TI · Q · FIL · DOMO · CAESA
MAVR · TRIB · COH - XXX
VOLVM · IN · GER · SVP ø *sic*
ITEM · TRIB · LEG · XII · FVL
C · C · VIX · ANNIS · XXX
VII · MENS · VI · DIES
XX

Descripsi ad ectypum. Ramsay et descriptam misit et ed. *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 15.

5 VOLVM lapis et sic Ramsay ms.; in ed. correctum est VOLVN. — 7 sic omnino, nec cogitandum de ducenario, cum punctum adsit. Fortasse etiam legio XII fulminata *C(onstans) c(ommoda)* dicta est, ut legio VIII Augusta Novia obsidione liberata (Orell. 3714).

---

62 Ancyrae.

D M
A TERENTIÓ
A · *f.* CL · CENTRÓ
APAMEA EX SY
RIA Z LEG $\overline{\text{XVI}}$ F
VAL · PAV*l*INA
VXOR

Descripsit Anonymus Ancyranus.

3 AR, 6 PAVIINA traduntur.

Claudia Apamea nominatur etiam in laterculis urbanis Eph. ep. vol. 4 n. 891, 17. 894 *c* 7. 8 (cf. ibi p. 324); Syriae urbem significari, cum Bithyniae Apamea Iulia sit, iam intellegitur.

63 Ancyrae.

DIS · M*a*NIBVS ·
· AMYTIDI ·
P · STATILIVS · MOE
SICVS · CONIVGI ·
SANCΓAE · ET · EBOA *sic*
SE · PIAE · M · CRA *sic*
· L · A · M · P ·
ΘEOIC KATAXΦONI
OIΣ · AMYTIΛI · ΤΤ · *sic*
CTATEIΛIOC MYCIK ·
CYMBIΩ IΛYKYTAT'I *sic*
K · ΠEPI CAYTΤN EYIC *sic*
BOVC · MNHMHC ·
XAPIN
YΓIAINE · K · CY

Domaszewskius descripsit ad imaginem photographicam; lectio tota certa est. Faber utrumque titulum male corrupit. Clausulae hae sunt: *sanctae et e[rg]a se piae m(emoriae) [g]ra(tia)* — vel *c[a(usa)]* — *l(ibens) a(nimo) m(emoriam?) .p(osuit)* et *συμβίῳ [γ]λυκυτάτῃ κ(αὶ) περὶ ἑαυ[τὸ]ν εὐ[σε]βοῦς* (immo *εὐσεβεῖ*) *μνήμης χάριν· ὑγίαινε· κ(αὶ) σύ.*

PESSINVS Galatiae (*Balahissar*).

64 Balahissar in coemeterio Turcico.

\TREBONI T F C
\τρεβΩΝΙΟΥ ΤΙΤΟΥ
K///////

Descripsit Domaszewskius.

PARLAIS Lycaoniae (*Khatyn Serai*).

Quae in nummis reperitur *Iulia Augusta colonia Parlais* (Eckhel 3, 33), ad Lycaoniam relata a Ptolemaeo (5, 6, 16) et in conciliorum quoque subscriptionibus Lycaoniae aliquoties appellata, quamquam in episcopiorum laterculis cum Pisidia contribuitur, eam ad vicum Khatyn Serai (situm XX m. p. ab Iconio versus Isauropolim) Ramsay (*Bull. de corr. hell.* 7 a. 1883 p. 318) ideo potissimum revocavit, quod ex hoc solo Lycaoniae oppido Latine scripti tituli aliquot prodierunt, recte opinor. Idem conicit *Taspa* vocabulum Peutingeranae XXIV m. p. ab Isauris ex Parlai corruptum esse.

65 Khatyn Serai in coemeterio.

L OCT MODESTVS
eques lanceam
tenens
OMNIBVS MVNE
RIBVS FVNCT
SIBI VIVVS PO
*s*VIT

Ramsay l. c. p. 316.

---

66 litteris magnis in lapido sculpto. Khatyn Serai in ponte.

LAN
FOV

Ramsay l. c. p. 317.

---

67 Khatyn Serai in ponte.

C IV*l*IVS RVFVS FRVFV
AVFAS SIBI VIVO ET CREIA
OCTAVIA VXORI SVAE
M C

Ramsay l. c. p. 317.

1. 2 FRVMENTARIVS conicerem, si titulus veniret a teste minus idoneo. — 3. 4 mulieris nomen item mirum est.

---

68 arca fracta Khatyn Serai.

VS ET LV

Ramsay l. c. p. 317.

---

69 in confiniis provinciarum Pamphyliae et Asiae, territoriorum Apamenorum et Barensium, ad vicum Paradis (olim Aporidos Come; cf. G. Hirschfeld in actis minor. acad. Berol. 1879 p. 319) duabus horis a Ketschiburlu Isbartam versus.

FINIS
CAESARIS N̄

Ramsay *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 313.

APOLLONIA et METROPOLIS Pisidiae.

70 litteris pedibus detritis. Oktschular prope Tatarlü in campo Metropolitano, hodie Tschyl-Owa inter Apolloniam Pisidiae et Synnada Phrygiae (cf. de locis G. Hirschfeld in actis min. acad. Berol. 1879 p. 319) in aedibus privatis intus in pavimento.

uixit aNNOS[...*et*
*men*SES IIII ET
POS OVITV *m*
*me*MORIA FECI*t*
A TAN
Ↄ ∖OP∖
TO · ONTV
si *q*VIS TI*t*VLO
RETAC TIS *co*
A

Ramsay descripsit et misit.
3 id est *post obitum*. — 8 TI⅂TVLO traditur.

VIAE CAPPADOCIAE ET GALATIAE (v. p. 56. 975).

71 ad n. 309. 310. Kaledjik longius distat tam ab Ancyra quam a Gangris et ita situm est, ut caput viae, cuius ibi miliaria reperta sunt XXXV et XXXVIIII, tam Ancyra esse potuerit quam Gangra. — De n. 309 Perrot *exploration de la Galatie et de la Bithynie* vol. 1 p. 286 confirmat *p*VNTIFEX in lapide esse legitque in fine XXX|VIII pro XXX|VIIII.

---

72 ad n. 6058. Misit Ramsay a se descriptam. Excepi ita ad ectypum photographicum quod subministravit Mordtmannus:

B F
imp CAES DIVI ANTÓNIN*i*
*fi*LIO DIVI SEVERI NEPOTI
*m aure*L ANTÓNINÓ PIÓ FEL
*au*G · TRIB · POTEST · COS
*pr*OCOS · P · P · DOMINÓ
*in*DVLGENTISSIMÓ DICA
*ti*SSIMA NVMINI EIVS
*met*ROPOLIS ANCYRANORVM
per L · EGNATIVM · VICTOREM
LOLLIANVM · LEG · EIVS
PR PR
M P
$\overline{III}$

De apicibus mihi satis constabat.

Labentis aetatis tituli, fortasse Constantini divi Constantii filii, qui ut scriberetur, huius versuum principia deleta sunt, super CAES et inter v. 2. 3 pauca et incerta vestigia cernuntur:

TINO
IFILIO

73 columna prope Comana Cappadociae ibi ubi est n. 76.

*imp. caes. l. septi*MIVS
*seueru*S PIVS PER
tinax AVG ARAB
*adiab. p*ARTH MAX
pontif MAX TRI*b. pot*....
*i*MP XI COS · II/
*pr*O*c*OS ET IMP · CA*es*
*m. a*VREL ANTON*inus*
aug. et p. septimius geta
*caes*A*r* RESTI
*tuer*VNT PER C IVL*ium*
*fl*ACCVM AELI*anum*
*l*E*g* · PR PR

Ramsay apud Waddingtonium *bull. de corr. hellén.* 7 (1883) p. 141.
9 versus vacat in exemplo, sine dubio erasus. — 13 EC traditur.

---

74 Cucusi (hodie Guksun) in Cappadocia.

IM*p*
CAESA*ri*
DIVI SEVERI NE*p*
DIVI M ANTONINI *f*
M AVR ANTONINO
PIO FELICI AVG
MILIA RESTITVTA
PER M VLP O*r*ELI
VM THEODO*r*VM
LEG AVG
PR PR
PAΓ

A Claytono descriptam ed. Waddington *bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 145.
8. 9 OKELIVM THEODOKVM traditur. — 12 m. p. CXXXIII significari videntur Waddingtonio et Ramsayo (*Bull. de corr. hell.* 7 p. 328); Ramsay l. c. eos numeros pendere credit a Melitene castris primariis Cappadociae.

---

75 columna Comanis Cappadociae (hodie Scheher-dere-si ad fluvium Sarum, nunc Seichun Chai), ibi ubi via aetate Romana in oppidum intrabat.

imp. caes
*c Iuli*O ❦ VE
*r*O ❦ *m*AXIMINO
❦ PIO ❦ FELICI ❦
*in*VICTO ❦ AVG
❦ P ❦ M ❦ TRIB
❦ POTEST ❦ P P

A Claytono et Ramsayo descriptam edidit Waddington *bull. de corresp. hell.* 7 (1883) p. 140.
1 I . . . C ❦ VE traditur.

76 a Comanis Cappadociae V milibus Anglicis inter sept. et orientem in aedibus privatis.

imp
CAES *Gaio*
IVLIO · *Vero*
MAXIM*ino*
PIO · FELIC*i*
INVICTO *aug*
· P · M · T*rib*
POTEST
p. p
PER / / / / / / /
/ / / / / / /
LEG AVG PR *pr*
M PNΓ

Descriptam a Ramsayo ed. Waddington *Bull. de corr. hellén.* 7 (1883) p. 140.

---

77 columna prope Comana Cappadociae ibi ubi est n. 79.

IMP
CAESAR
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / /
M ANTONIVS *gor*
DIANVS NOBILIS*s*IM*us*
*c*AESAR · RESTITVIT
PER CVSPIDIVM PIA /\
VM SEVERVM LEG *aug*
*pr*O PRETOREM
III M P

Ramsay apud Waddingtonium *Bull. de corr. hell.* 7 (1883) p. 144.

Adnotat Waddington in exemplari fuisse nomina imp. Caes. M. Clodii Pupienii Maximi et imp. Caes. D. Caelii Calvini Balbini piorum felicium Augustorum et M. Antonii Gordiani nobilissimi Caesaris, fere ut leguntur in miliariis Africanis (C. VIII, 10342. 10343. 10365), item v. 10 fuisse *restituerunt.* Deinde hoc mutatum est, illa sublata; nam erasos esse v. 3—7 apparet, quamquam apographum tantummodo ait eos a scriptura vacare. Similiter in titulo Britannico vol. VII, 510 *alae pri(mae) Hispanorum Asturum* (sequuntur litterae XVII erasae, quarum prima Huebnero visa est s) *Gordianae* sine dubio non deleta sunt verba *Severianae Alexandrianae*, nec magis *Gordianae* in litura positum est, id quod statuit Huebnerus, sed fuit *Pupienae Balbinae Gordianae* deletaque sunt duo prima vocabula. Deleta autem sunt omnino non iussu Gordiani, sed errore provincialium longe a turbis illis remotorum.

78 columna: littera U rotundae formae est. Rep. prope Comana Cappadociae collocata iuxta n. 79.

traditur:	*fuit fere:*
E R P I ᴗ V E	. . . P*lus f*E*lix*
U G O T R I	*a*VG ❦ TRI*b*
T E S T O C D V	*po*TEST ❦ C*os*?
Λ U I A S E T F	. . VIAS ET P*on*
T E S U E T O	TES VET*usta*
T E C O N I Λ	TE CONLA*p*
S R E S T I T	*sa*S RESTIT*uit*
P N	*m* PN . . .

Ramsay apud Waddingtonium *bull. de corr. hellén.* 7 (1883) p. 143.

---

79 columna prope Comana Cappadociae dimidio mil. Anglico a n. 76.

CAIUAN
MAXIMIANO
ObIIC
❦
CONIAIᴗA
R TITVERVIT
R \NTONIVA
MMIVM
ONEMVCIEC
A\G PR PR

Ramsay apud Waddingtonium *bull. de corresp. hellén.* 7 (1883) p. 142.

Fortasse duo tituli sunt, alter recentior dedicatus inter alios *Gal. Val. Maximiano*, alter quatenus superest sic fere conceptus: [*vias*] *conlabsa*[*s*] *r*[*es*]*titueru*[*n*]*t* [*pe*]*r Antonium* [*Me*]*mmium* [*Seneci*]*onem v. c. leg*(*atum*) *Aug*[*g.*] *pr. pr.* Eiusdem esse iudicat editor titulum Tavii in Galatia exceptum a Ramsayo (*Bull. de corr. hell.* 7 p. 26): M. Ἀντ. Μέμ[μιον] . . . .| τὸν λαμπ[ρότατον] . . . . . | χειλίαρχον [λεγιῶνος] . . . | κουαίστορα [ἐπαρχείας Λυκί]|ας Παμφυλ[ίας, πράξεις συν]κλήτου εἰληφ[ότα, αἰδίλην] κουρούλην, πρ[εσβευτὴν] . . . . .,| στρατηγὸν δήμ[ου Ρωμαίων, ἔ]|παρχον αἰραρί[ου . . . . ., δι]|ορθώτην Γαλ[ατῶν] . . . . . cet., collato item titulo Tiburtino (Henzen 6907): *Senecioni Memmio Gal. Afro cos., procos. Sicil., leg. pr. pr. provinc. Aquitan., L. Memmius Tuscillus Senecio patri optumo.*

---

80 columna miliaria quinque horis ab Ancyra euntibus Sevrihissar, ubi transitur summus mons, ad puteum.

B F D N IMP CAES L DO*mitio*
AVRELIANO P F
INVICTO AVG

Descripsit Domaszewskius.

81 columna diametri cent. 44. Iskelib (ab Ancyra chil. 156 inter sept. et or., a Gangris mil. geogr. 10—11 ad orientem, ab Amasia mil. geogr. 16 ad occ.) intus in oppido sub ponte.

*i*MP NERVA CAES
*a*VG · PONTIF · MA*x*
*t*RIB POTEST C*os iii*
p P · RESTITVIT PER
p O M P O N I V M
b A S S V M L E G
a V G · P R O · P*r*
MIL · P · $\overline{\text{LXXX}}$
$\overline{\Pi}$

Gustavus Hirschfeld descripsit misitque.

Eiusdem legati, cuius haec est et quae sequitur, tertiam columnam miliariam habemus n. 309 repertam Kaledjik prope Ancyram, positam imperante Traiano a. 98/9 C. — Adnotat Hirschfeldius caput viae fuisse videri Amasiam; inde enim per Tschorum ad Iskelib iter fieri horis XXIV sive mil. geogr. XVI, confirmatque coniecturam cippus qui sequitur.

---

82 Amasiae iacet iuxta pontem fractum fluvii Iris; mox periit (v. ad n. 41).

IMP NE*r*VA CAIS AVG '*sic*'
PONTIF · MAX TRIB PO
TEST · COS $\overline{\text{III}}$ · P P RESTI
TVIT PER POMPONI
V M B A S S V M L E G
A V G · P R O · P R *o*
I P

Ramsay misit descriptam edidit que *Journal of philology* 11 (1882) p. 155.
1 NEPVA traditur. — CAES ed.

---

83 columna litteris rudibus et exilibus. Rep. in vico Ahmed-Serai inter Amasiam et Amisum (*east from the hot springs of Kavsa; distance of Kavsa four hours; Ladik two; Amasia ten; Samsun twelve*).

IMP CAES
C *a*V*r* VA*l*
DIOCL*etiano*
P F INVIC AVG *et*
IMP CAES
m aur ual maximiano
P F INVIC AVG
ET FL VA*l*
C O N S T A N T *io*
E T *g a l u a l*
M A X I M I A N *o*
NOBI*l*ISS CA*ess*
Κ Γ

Ramsay et descriptam misit et ed. *Journal of philology* 11 (1882) p. 156.
2 C VPVA ed., C VA ms. — 8 ET FLA ms. — 10 ET C traditur. — 12 NOBIIISS traditur.

PONTVS ET BITHYNIA.

AMASTRIS (p. 58. 976).

84 Praeter titulum n. 454 (vide infra n. 87) etiam n. 453 non Mytilenis a Cyriaco descriptum esse, sed Amastri iam dubitari non potest. Eum etiam Ashburnhamianus Cyriaci liber habet praescribens 'apud Amastron urbem'.

---

85 epistylium longum metr. 1.49, altum m. 0.41, Amastri in opere positum in porta, qua itur ad isthmum, a dextra.

*i*MP CAESARI
...RIVS · P · F · SER · DE *s*VO

G. Hirschfeld descripsit.
2 DEOVO traditur.

---

86 (= 321) rupi q. d. *Kuschkaja* (id est rupes avis) incisa 4—5 metr. a solo vel ex rupe exculpta, hora una ab Amastri versus Bartin, ubi via per rupem L fere pass. excisa est.

PRO · PACE · A*ug* *i*N · HONOREM · TI · CLAVDI
GERMANIC*i* *au*G · DIVI · AVG · PERPETVVS · SACER
DOS · G · IVLIVS *aquila* *pr*AEF · FABR · BIS · IN · AERAR · DELATVS
A · COS · A · GABIN*io* *secundo* *ta*VRO · STATILIO · CORVINO · MON
TEM · CECIDIT ET *uiam* *et* *s*ESSIONEM · D · S · P · F
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΣΕΒΑ*στῆς* *εἰρήνης* *εἰς* ΤΗΝ ΤΕΙΜΗΝ ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥ
ΔΙΟΥ ΓΕΡΜΑΝ*ικοῦ* *σεβαστοῦ* · ΤΟΥ ΕΠΟΥΡΑΝΙΟΥ ΘΕΟΥ
sic ΣΒΑΣΤΟΥ ΑΡΧ*ιερεὺς* *γάιος* ΙΟΥΛΙΟΣ · ΑΚΥΙΛΑΣ ΕΠΑΡΧΟΣ
ΔΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΙΡ*άριον* *φερόμεν*ΟΣ ΥΠΟ ΥΠΑΤΩΝ ΩΛΟΥ ΓΑ
ΒΕΙΝΙΟΥ ΣΕΚΟ*υνδου* *ταυρου* *στα*ΤΕΙΛΙΟΥ ΚΟΡΟΥΙΝΟΥ · ΤΟΝ ΛΟΦΟΝ
ΚΟΨΑΣ ΤΗΝ ΟΔ*ον* *καὶ* *τὸ* *βάθρον*? ΕΚ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ · ΥΠΑΡΧΟΝΤΩΝ
ΕΠΟΙΗΣΕΝ

in eodem pariete in parte extrema ad septentrionem:

in aedicula alta m. 2½, lata m. 1.35, profunda m. 0.34, vir togatus (caput deest) stans, d. pectori imposita, s. olim extensa

aquila (caput deest), qualis cernitur in nummis aeneis Amastrianorum, insidens columnae altae m. 3.74

Post temptamina quaedam infelicia, quae repetivimus n. 321 (cum add. p. 976) primus titulum totum descripsit Gustavus Hirschfeld et ectypum quoque sumpsit, ad quod recognovi cum Domaszewskio.

5 deficiunt litterae inter octo et duodecim (parum enim aequabiliter exaratas fuisse ostendunt hiatus vv. 3. 4 spatio pares, dispares numero litterarum deletarum); nos supplevimus septem. Post hiatum Domaszewskius sibi videre visus est C/ESSIONEM, fortasse recte; si verum vidit, fuit in lapide *viam ac sessionem.* Quod supplevi *sessionem,* non dico certum esse, sed aliud supplementum probabile non suppetebat. Sedium vestigia ex rupe excavatarum prope titulum cerni negat Hirschfeldius, non negat adfuisse posse scamna. Supra titulum a dextra addit aediculam cerni ex rupe exculptam, item alteram non longe inde reperiri eunti a titulo ad statuam.

C. Iulius Aquila, idem omnino qui a. 49 in Thraciam missus est (Tacitus ann. 12, 15), a. 57/8 procurator fuit Ponti et Bithyniae (v. n. 346 cum add. p. 976). — *[Pr]aef(ectus) fabr(um) bis in aerar(ium) delatus a co(n)s(ulibus) A. Gabin[io Secundo. Ta]uro Statilio Corvino,* vel, ut est in Graecis, *ἔπαρχος* (sic nude, cum *fabrum* difficile sit ad recte vertendum) *δὶς εἰς τὸ αἰρ[άριον φερόμεν]ος ὑπὸ ὑπάτων Ὤλου Γαβινίου Σεκο[ύνδου, Ταύρου Στα]τειλίου Κορουίνου,* ubi copulam inter consulum nomina spatia excludere videntur vel sic vix sufficientiâ, conferendus est cum *praefecto fabrum delato a duobus co(n)s(ulibus) ad aerarium* tituli Veneti, de quo exposui in hac Ephemeride IV p. 538, similibusque aliis ibi adlegatis. Hic titulus primus est, qui consulum a quibus quis ad aerarium delatus sit nomina enuntiet. Taurus Statilius Corvinus consul est anni 45 (cf. vol. VI p. 994). Alterum consulem A. Gabinium Secundum cum prodidisset titulus Venafranus (C. X, 4881: *A. Gabinio Secundo cos. III non. Sept. moritu[r]*), Borghesius (opp. 5, 43) fasces gessisse ante a. p. C. 41 inde collegit, quod Dio 60, 8 ad eum annum refert P. Gabinium Secundum (*P. Gabinius* est Dioni, *Gabinius Secundus* Suetonio Claud. 24) Chaucos devicisse et nomen imperatoris Claudio ex iis peperisse; eos enim eum vincere non potuisse nisi legatum Germaniae inferioris et propterea consularem; in praenomine igitur Dionem videri erravisse. Hic titulus cum hoc tantummodo ostendat A. Gabinium Secundum fasces gessisse ante a. 45, Borghesii coniecturae non adversatur; quamquam redargui non poterit, qui defendens lectionem traditam apud Dionem P. Gabinium Secundum qui a. 41 Chaucos devicit et A. Gabinium Secundum consulem ante a. 45 statuit diversos esse. — Sacerdotium Augusti Aquila, origine ut videtur Amastrianus, in patria urbe suscepisse videtur et inde factum esse, ut praeter consuetudinem non solum separetur ab reliquis honoribus, sed etiam ipsi nomini anteponatur.

---

87 (= 454) basis marmorea alta m. 1.80, lata m. 0.78, crassa m. 0.58. Amastri in Ponto vidit CYRIACVS (teste MARVLO, qui tamen Arnastum dedit pro Amastri; 'in Pontica navigatione' comperisse se ipse Cyriacus scribit; Mytilenis errore REDIANVS). Ibidem iacentem ad portum minorem occidentalem repperit a. 1882 Gustavus HIRSCHFELD, cui narrarunt incolae eo loco ante duodeviginti annos effossam esse.

in dextro latere quid cernatur, nescimus; humi enim iacet lapis nec attolli potuit

in antica:


*S*EX · VIBIO · GALLO · R̄I
*CE*NARIO · PRIMIPILA
RI · PRAEF · KASTROR · LEG
XIII · GEM · DONIS · DONA
TO · AB · IMPERATORIB*us*
HONORIS · VIRTVTISQ
CAVSA · TORQVIB · ARMI*l*
LIS · PHALERIS · CORONIS
MVRALIBVS · III · VALLAR*I*
BVS · II · AVREA · I · HASTIS
*P*VRIS · V · VEXILLIS · II ·
SEX · VIBIVS · COCCE
*I*ANVS · PATRONO
BENEMERENTI

in postica:

eques currens d. hastam vibrans; sub eo homo manibus ut videtur pone dorsum ligatis

vir sedens in prora

in sinistro latere:



a) CORONAE VALLARES
b) CORONA / / /
ΣΤΕΦΑΝΟΙΣ
ΧΡVΣΟΙΣ
c) HASTAE PVRAE / / /
d) / / / / / / / / /
ΟΥΗΞΙΛΛΟ//
e) ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΤΕΙΜΗC//

Gustavus Hirschfeld descripsit, ut potuit propter valetudinem, et ex parte charta expressit. Cyriacanum exemplum unde innotuerit, dictum est ad n. 454.

In lapide hodie marginibus exeso quae non legit Hirschfeldius adsumpta ex Cyriacanis distinximus inclinatis. — Versuum distributionem exempla quae habemus Cyriacana non retinent. — 1. 2 R̄I/|/ENARIO Hirschf., RICINARIO vel RICENARIO Cyr.; in ectypo est v. 2 /ENARIO — 2 PRIMOPILARI Cyr. — 3 PRAET Hirschf. — IIC pro LEG idem. — 7 TOROVIB idem. — ARMILIS exempla Cyriacana optima. — 12. 13 COCCE/|/ANVS Hirschf., COCCIANVS Cyr. — Anaglypha cum adscriptionibus, quae exaratae sunt litteris minutissimis, om. Cyr. — Graecorum, quae in antica sub titulo cernuntur, adhuc autem ex lapide non sunt descripta, principium comparet in ectypo imperfecto, sed litterae tam diversae sunt et tam exiles scariphatae magis quam incisae, ut ad ipsum Galli monumentum referri nequeant, denique nullo modo spondeam recte me eas excepisse:

Κ ΚΑΣΤ ΑΚΙΑΙΑΝΙΙΙ ///
ΜΗΙΙΡΙ

Sub his legi inscriptionem Galli Graece versam ait Hirschfeldius, eam se non descripsisse valetudine impeditum.

Dona militaria cum in hoc titulo a solitis eo recedant, quod coronae et hastae purae et vexilla numero dispari procedunt, hic primum inveniuntur depicta omnia; sed cum pars altera lateri dextro incisa esse videatur, quod adhuc latet, satis de iis iudicari non potest. Coronae murales III ab huius lateris anaglyphis absunt. Adsunt *coronae vallares* duae ut videtur, nam *e* quoque huc videtur pertinere, quamquam mire illae vertuntur στεφανοὶ τειμῆς. Adest *corona aurea*, στέφανος χρυσοῦς (ita enim videtur in lapide esse). Adsunt *hastae purae* sub *c* numero quinque. Ex vexillis duobus alterum cernitur adscripto vocabulo ΟΥΗ[Ξ]ΙΛΛΟ[Ν]; quid praecesserit, non apparet.

NICAEA (*Isnik*).

88 a meridie lacus Nicaeensis, a septentrione planitiei Inegöl Jenischehr, hora una supra vicum Djaida Keoi, una et dimidia supra vicum Demirbogha, in monte rupi incisa.

P CLODIO ANTHO F	C/OdIAe CAllISte
El lIBeRIS eiVS	qVIrInA MatRI
Π ΚΛΩδΙΩ ΑΙΘΩΙ υιΩΙ	κλωδιΑΙ ΚΑΛΛΙΣΤη
ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΕΚΝΟΙΣ	κυΡΡΕΙΝΑ ΤΗ μηΤΡΙ
ΣΚΑΦΗΑ	ΣΚΑΦΗΑ

A Schwaabio descriptam misit Mordtmannus.

In priore titulo traduntur haec: 1 ANTHΘ — 2 EFIIBIRISUVS — 3 Π ΚΛQ-ΛΙΩΑΗΘΩΙΝΩΙ — 5 ΣΚΑΦΗΑ; in altero 1 CIOIIΛFCAΗISII — 2 CV'IPIMAM' IRI — 3 I-IACOAI>ΚΛ' ΑΙ⁻ΤΝ — 4 CCυPPЄINATHIINTRI. Notabile est feminam tribui adscribi, sed similia etiam ex Dalmatia Africaque innotuerunt.

NICOMEDIA (p. 59. 976. Eph. II p. 293. IV p. 33).

89 ad n. 328. In commentario mihi non viso, quem scripserunt M. Cleonymus et Chr. Papadopulo Βιθυνικὰ ἢ ἐπίτομος μονογραφία τῆς Βιθυνίας καὶ τῶν πόλεων αὐτῆς (Constantinopoli 1867), hic titulus refertur p. 162 inter Nicomedienses sic (nisi quod 4 NASITIVS, 5 DEVR emendavi ex apographo Lucae):

DIS · MANIBVS · SACR
VITALI · VERNAE
SVO · QVI · VIXIT · ANNOS . XXII
Q · NASIDIVS · SEVERVS
LICTOR DECVR
SERVO · FIDELISSIMO · ET · SVI
AMANTISSIMO
T · M · P

Prolato titulo Ancyrano n. 51 hunc quoque iure referemus ad lictorem proconsulem Bithyniae in provinciam secutum.

90 ad n. 331. Ex itinerario Peyssonelii ms., quo enarratur iter Constantinopoli Nicomediam et Nicaeam a. 1745 susceptum, servato in bibliotheca Instituti Parisini, edidit Perrot *revue arch.* N. S. 31 (1876) p. 410 sic:

HOC IN LOCO EVPALIVS TEGITVR
ORIVNDVS EX ARMENIA IS VIXIT
ANNOS P M XXV CVIVS DE PATRIA
NEPOS CIVILEM PIETATEM CVSTODI
ENS TITVLVM STATVIT

4 *Nepos*, vel, ut legit Hammer, *Eros*, nomen est eius, qui *civili pietate* municipi peregre defuncto titulum posuit.

91 ad n. 6059 (cf. Eph. II p. 293. IV p. 33). Arcam rep. esse a. 1861 inter urbem et ecclesiam S. Pantaleonis, clausam plumbo continuisse cadavera duo bysso involuta adnotavit medicus Andreas David Mordtmann. Filius eius Iohannes monuit titulum legi item in libro Christiani Papadopuli modo citato p. 164.

APAMEA (p. 60. 976. Eph. II p. 294).

92 ad Eph. II p. 294 n. 349. Brussae apud dominum Faraon contulit Domaszewskius et ectypum sumpsit. Tabella est ansata ex marmore candido alta m. 0.73, lata m. 1.34. — l. 3 maioribus litteris scripti sunt. Scribe 6 APAMEA, 7 DEDICAVIT.

PRVSA AD OLYMPVM (p. 61. 976).

93 Brussae *ἀνευρέθη ἐν τοῖς θεμελίοις τοῦ περιτειχίσματος περὶ τὴν Καπλιτζὰ καπουσοῦ πυλήν* S. Mordtmann. Est in monte castelli ante mausolea Ormani et Orchani.

D | *m*
SEX · PACVV|*io*
RESTITVTO| *proc*
AVGG AD F|*amil*
GLADIAT|*or. per*
ASIAM E|*t adhae*
RENTES P|*rouin*
CIAS PRO|*c augg*
AD $\overline{XX}$ TR|*ans pa*
DVM |
SELEVC|*us l*

S. Mordtmann filius *'Ελληνικὸς φιλολογικὸς σύλλογος* vol. 8 (Constantinopoli 1875) app. p. VI; Iohannes Mordtmann descripsit ad ectypum, ad lapidem Domaszewskius. Misit item F. Haverfield ediditque deinde in eph. *Academy* a. 1883 Mai. 12 et 15 p. 336. 355.

Supplementa praeivit Ioh. Mordtmann. — 4 APPI S. Mordtmann. — 5 GLADIATC idem.

94 Brussae ἐντὸς τῆς περιοχῆς τῆς διοικητηρίου.

anaglyphum

S I D V P I
D E R I E S I
P V L I S B R I T A
V I E T I O R I E
R I O R E A V I (
L I A V I T A N
T R I A M I

Christus Papadopulo in eph. Smynaea *Smyrna* anni nescio cuius n. 409 (excerpsit inde Iohannes Mordtmann).

Videntur agnosci haec: . . . *dup*[*licario?*] . . . . . . *Brita*[*nnia s*]*u*[*p*]*e*[*r*]*ior*[*e*] *e*[*t infe*]*riore* . . . [*mi*]*li*[*t*]*avit an*[*nos*] . . . [*fra*]*tri am*[*antissimo*].

VIAE PONTI ET BITHYNIAE (p. 61).

95 ad n. 347. Vidit Domaszewskius in vico Tepedschik prope Brussam. — 1 est B ¬ı– , id est B F, ut conieci. — 5 P · F AVGVsTvS Domaszewskius.

96 a Brussa hora dimidia Mudaniam versus ad balnea q. d. Kara Mustafa in campis.

I M P C A E S ~~A R · V E S P A S I A~~
N V S A V G P O N T I E M A X T R I B P O T *sic*
$\overline{VIIII}$ IMP $\overline{XIIX}$ P P · COS $\overline{IIX}$ DESIG $\overline{VIIII}$ 78 p. C.
IMP T CAESAR AVG F COS VI DESIG V*ii*
D O M I T I A N V S C A E S A R A V G F
C O S $\overline{V}$ D E S I G $\overline{VI}$ V I A S
A N O V O M V N I E R V N T
P E R L A N T O N I V M N A S O N E M
P R O C E O R V M

Descripserunt et Rozycki Schwaabiusque amici Mordtmanni et Domaszewskius. Hoc exemplum solum rettuli.

Eiusdem procuratoris meminit nummus cum capite Vespasiani inscriptus ἐπὶ Λ. Ἀντωνίου Νάσωνος ἐπιτρόπου — Βιθυνία (Eckhel 2 p. 404).

ASIA.

TROCNADES sive TRICOMIA (*Kaimaz*) (p. 62).

97 Kaimaz in aedibus privatis.

I I
leg. ....ca/E S · A V G · D A *l* M A/*tiae*
T R O C N A / L Ↄ I Ↄ L / /
G E N T I V M M / / / / /
curante.../ I M A C H O · P H I L I P P I · M A
T V V M ɞ

Domaszewskius et ego descripsimus ad ectypum.

Trocna[*d*]*es* ethnicum redit in altero in eiusdem oppidi coemeterio a Domaszewskio descripto hoc:

A I Λ Φ M A Ξ I M I N/*ην* *sic*
Τ H N C E M N O Τ/*ίατην*
γ/V N A I K A T O/*ῦ κρα*
Τ I C T O Y E Π I Τ/*ρόπου*
T R O K N A/*δες*

Τροκνάδων Galatiae salutaris sive secundae, cuius metropolis Pessinus fuit, episcopatus adest in notitiis episcopatuum (1 n. 277, 8 n. 330, 9 n. 239 Parth.) et in subscriptionibus conciliorum adlatis a Wesselingio (ad Hieroclem p. 698), idque vocabulum latere vidit Holstenius apud Hieroclem p. 698 in eadem provincia recensentem oppidum *Ῥεγετνακάδη*. Ubi fuerit, nunc intellegitur. Sed quod adhuc statuerunt ibi fuisse antiquam Tricomiam memoratam Ptolemaeo in Phrygia magna (5, 2, 22) et ita collocatam in tabula Peutingerana: *Dorileo — XXVIII — Mideo — XXVIII — Tricomia — XXI — Pesinunte,* cum praesertim inter sedes episcopales Tricomia haec non compareat, item retinendum est videturque oppidum duobus nominibus et Galatico et Graeco usum esse. Ad provinciam quod attinet, meliore aetate Phrygiae finibus comprehensum fuisse et Ptolemaeus ostendit et titulus ibi repertus n. 348 *pro*(*curatoris*) *prov*(*inciae*) *Fryg*(*iae*); labente aevo Galatiae accessisse loci supra adlati declarant. — Ceterum statuam hanc magistratui cuidam Romano Trocnades aut cum aliis posuerunt aut ad ethnicum quaedam adscripserunt parum mihi intellecta, nec magis intellego quod Graecus qui operi institit ad suum nomen adscripsit.

NACOLIA Phrygiae (p. 62).

98 ad n. 350. Descriptam misit Ramsay. — 7 legit VFREXACTORPE.

---

99 ad n. 351. Descriptam misit idem. — 2 legit FL CL, 7 / TO.

DOCIMIVM Phrygiae (*Itschki Karahissar*) (p. 71; Eph. IV p. 34).

Ad Docimium Phrygiae, hodie Itschki — non Eski — Karahissar, constat fuisse lapidicinas marmoris Phrygii eius quod plerumque a Synnadis appellatur. Nos sub hoc titulo rettulimus marmora inde avehenda avectave quae reperta sunt alia ad ipsum vicum Itschki Karahissar, alia in oppido Afium Karahissar sito inter Docimium et Synnada (Tschifut Kassaba), egregia diligentia nuper collecta a Gulielmo Ramsay editaque in ephemeride scholae Gallicae quae est Romae *mélanges d'archéologie et d'histoire* (1882) p. 294-301. Cum his componendae sunt similes adnotationes in urbe Roma repertae in marmoribus Phrygiis (*pavonazzetto*) compositae a Bruzza ann. inst. arch. 1870 p. 190 seq. (cf. p. 155).

100 ad n. 358. Itschki Karahissar quod descripsit Ramsay l. c. p. 300 videtur esse ipsum marmor visum Hamiltonio. Ramsay excepit sic:

\ IAIX
VETER COS XCXC a. 96? 116?

101 Itschki Karahissar.

CCC
R III
IALIC COS a. 68?

Ramsay l. c. p. 301.

Fortasse, ut observat editor, *Italico cos.*, Neronis nomine scilicet suppresso.

102 Itschki Karahissar.

a AXXↃ
a. 107 SSOↃ III ꓤAS
a. 69 VFR VOP COS DCLVI
b ᴾᶜFCVAP

Ramsay l. c. p. 297.

103 Afium Karahissar.

a CXX
R M P
a. 69 VFR VC *p cos*
D C
a. 107 *b* SVR III

Ramsay l. c. p. 298.

104 Itschki Karahissar.

a. 69 VFR VOP COS
C C I
Ii I C O S

Ramsay l. c. p. 298.

Consulatus in primis marmoribus duobus, fortasse item in tertio leguntur duo ab editore recte agniti, *Ver(ginio) Vop(isco) cos.* (ubi suffecti ponuntur, ordinariis duobus Othone et fratre eius iam deiectis) et *Sura III.* — Duo adeoque tres consulatus eidem marmori inscripti cum in Phrygia passim inventi sint, idem in urbanis rarissime usu venit, unumque lapidem solum Bruzza affert (ann. inst. arch. 1870 p. 190 n. 259) consules habentem a. 124 et a. 132 item ex Phrygia adlatum. Quod vide ne coniunctum sit cum eo, quod marmora haec non pervenerunt ad locum destinatum; possisque adeo eodem referre, quod in quibusdam horum titulorum (n. 116. 117) legitur REPR, ubi non sine aliqua specie veri de reprobatione Ramsay cogitavit.

105 Itschki Karahissar.

a. 92 C XVI COS
XV

Ramsay l. c. p. 299.

---

106 Itschki Karahissar.

M
a. 100 RAIN III COS
XII DCXII
a. 92 C XVI COS
C XXXXV

Ramsay l. c. p. 299.

Consulatus significantur duo *C(aesare) XVI cos.* et *Traiano III cos.*

---

107 Itschki Karahissar.

N · XVITC S a. 95
LOCO CC XLV
B O\AP /

Ramsay l. c. p. 296.

1 scr. C · N · XVII · COS, id est *Caesare nostro XVII cos.* — 3 est *b(rachium)* [*q*]*ua*[*rtum*].

---

108 Itschki Karahissar.

C+IXXXXVIII
C XVII COS XXXI a. 95

Ramsay l. c. p. 299.

---

109 Afium Karahissar.

a. 97 VER VERC COS
SO · M
+XT
TR AV III COS CXLIIX a. 100
CIR AA

Ramsay l. c. p. 298.

Consulatus duos recte agnovit editor *Ner(va) Verg(inio) cos.* (editur sos errore typographi) et *Tra(iano) Au(gusto) III cos.* Secundae subscriptionis simillima est Pocockiana n. 357.

110 Itschki Karahissar.

a (ad latus sinistrum, transverse:) DCCCCCLXXXVI (ad latus dextrum, transverse:) BOVART

ΛXXꓶƆƆƆƆᗡ O (inverse)
SOƆ ƆꟼƎΛꓤℲ (inverse) — a. 97
Λ III CORM
B III
CAD II COSSCSIV — a. 105

b RV COSS — a. 97?
XLVLI

Ramsay l. c. p. 296.

Consulatus notantur tres: [*N*]*er*(*va*) *Verg*(*inio*) *cos.* a. 97 (quam editor agnovit); [*Ne*]*rv*(*a*) *cos.* eiusdem anni; CND II, id est *Candido II cos.* a. 105. Item redit *b*(*rachium*) [*q*]*uart*(*um*).

111 Itschki Karahissar.

BOΔARTSLI
ƋCCCXL
B III Ɔ
X ĪĪ X
a. 109 — A PAL II COS

(ad latus, transverse:) NER VErg COS — a. 97

Wilson apud Ramsay l. c. p. 295.

Consulatus signantur duo *Ner*(*va*) *Verg*(*inio*) et *A. Pal*(*ma*) *II*. — 1 fortasse fuit *b*(*rachium*) *quart*(*um*). — Ad latus traditur VEPC.

112 Itschki Karahissar.

RAT II COS S·EC — a. 98?
XIVIIIP

Ramsay l. c. p. 300.

Trai(*ano*) *II cos.* potius quam, quod proponit editor, *Aur. Antonino II cos.*

113 Itschki Karahissar.

a. 107 — *a* SVRA III COS IL
DECCXXIII

b ƋEDCCCXXX
R III

Ramsay l. c. p. 300.

114 Itschki Karahissar.

IMPATO III ƎNPEA — a. 145
CAES II COS
LOCO CCCXXXIII
REPR OFF PELA

Ramsay l. c. p. 296.

1. 2 scr. IMP · ANTO · IIII · Ǝ AVREL · CAES · II · COS, id est a. 145; non est, ut editor existimat, a. 161.

115 Itschki Karahissar.

CLAR II E*t* S|*euero cos* a. 146
LOCO LX|
O/FI|

Ramsay l. c. p. 301.
1 E pro Ꞇ, 3 OEFI traduntur.

116 Itschki Karahissar.

LAPC' EA a. 147?
LOCO XXXV REPR

Ramsay l. c. p. 297.
1 *Largo et M*[*essalino cos.*] potius quam quod editor proposuit *lap*(*i*)*c*(*idinae*).

117 Itschki Karahissar.

EMES
Ξ XLIII
REPR

Ramsay l. c. p. 297.
Videtur eadem inscriptio atque n. 116.

118 Itschki Karahissar.

MACRINO Ꞇ CELSO COS a. 164
OFF ASIATIC CAES DOM
B *q*VAR B IIII Δ
ʅOCO XXXXIIII

Ramsay l. c. p. 294.
2 ASIAT · IC · traditur. — Est *caes*(*ura*). — 3 OVAR traditur.

119 Itschki Karahissar.

ꟼR ⱯVONINo AV
ESꞆEOR IIII

Ramsay l. c. p. 300.
Imp. (potius quam *Aur.*) *Antonino Au*[*g.*] ...

120 Itschki Karahissar.

/ ıANO COS ANDAN IV

Ramsay l. c. p. 300.

121 Itschki Karahissar.

XLVIIBII
ꓭꓤꓢꓕ (inverted: B RST)
APRO

Ramsay l. c. p. 297.
Fortasse scripta *Aproniano cos.*

122 Itschki Karahissar.

ʅOCO XV ꭗ

Ramsay l. c. p. 301.

123 Seidilar 11 mil. Angl. a lapicidinis ad septentrionem.

DE DCCXXIX

Ramsay l. c. p. 301.

---

124 Afium Karahissar.

ꝏ ꝏ C X

T A Ω

Ramsay l. c. p. 301.

PRYMNESSVS (*Seidilar?*)

125 parva basis ex marmore Synnadensi, a parte superiore et a dextra non fracta, sed desecta. Stetisse olim Prymnessi, cuius rudera agnovit Ramsay prope Seidilar oppidum inter Itschki Karahissar (Docimium) et Bejâd, ex argumento intellegitur; extat in oppido Afium Karahissar in coemeterio Armeniaco. Rediens paullo post eodem frustra lapidem indagavit Ramsay, interim videlicet pessumdatum.

I ⋀RVI I D I I N
POMPEIMAGNIAI
AN I PRAEF·VRB·A
PRYMNESS·ET·C·R
TIANTVRCVRA
C·CAECILLIO L·F·M

ΟΔΗΜΟϹΚΑΙΟ
ΤΕϹΡΩΜΑΙΟΙΑΓ
ΤΙΟΝΛΕΥΚΙΟ
ΠΟΜΠΗΙΟΥΝ
ΝΟΝϹΚΡΙΒΩΝ
ΧΟΙΙΡΟΙΙ

2) T. Φλάουιος miss. 5. *T. Flavius* Vall. 195. 210. *T. F.* (per compendium) Vall. 192. *Flavius, Flavia* Vall. n. 90. 91. 92.

3) *M. Cocceius A* n. 123. *Cocceia B* miss. 25. Vall. 180.

4) *M. Ulpius Caesaris n. l. A* n. 247. *M. Ulpius A* n. 124. *Ulpius* vel *Ulpia A* n. 98. 265; *Bull. ép.* 2, 179 n. 42.

5) *M. Ul[pius] Aug. l. B* miss. n. 10; *M. Ulpius B* miss. n. 6.

6) *P. Aelius Augustorum lib.* n. 261. *P. Aelius* n. 205. 222. 260. *Aelius* vel *Aelia* n. 71. 103. 127. 129. 194. 227. 252.

7) *P. Ael(ius) Aug. lib.* miss. n. 39. — *T. Aelius Aug. lib.* miss. n. 11; *T. Aelius* Vall. 176. — *Aelia Aug. l.* miss. n. 12. 37. 38. Vall. n. 62. — *Aelius* vel *Aelia* miss. n. 9. 20. 53. 67 bis. Vall. n. 74. 110 bis. 113. 114. 164. 182. 200. 208. — *M. Macrius Trophimus Aug. lib. medicus* miss. n. 41 (vidit titulum Schmidtius et de lectione dubitari vetuit), cum gentis Macriae praeterea pertenuis memoria supersit (cf. *Q. Cornelius Felix Macrianus A* n. 110) et ne senatorii quidem ordinis quemquam Macrium adhuc norimus, quo iure Augusti libertus appelletur, quaeritur, ut pariter quaeritur de *L. Pompeio Aug. lib. Fortunato* tituli urbani C. VI, 1878 et de *C. Asinio Aug. lib. Paramythio Festiano* item urbani (eum nuper denuo repperit Stevenson in monte Mario lectionemque stabilivit) C. VI, 12533. Horum patronorum substantiam iudicat Hirschfeldius (*Verwaltungsgesch.* 1 p. 276) hereditate vel confiscatione ad principes pervenisse et sic hos patronos factos esse; fortasse recte, quamquam patronatus non pars est hereditatis. Denique, si in principe per exceptionem eiusmodi patronatus admissus esset, exempla similia abundarent.

8) *Aurelius, Aurelia A* n. 89. 114. 213. 235. *B* Vall. n. 82. 172. 214.

9) Id confirmant lucernae in duobus monumentis repertae plane diversae. Delattrius *les marques de fabrique*, inquit, *empreintes au dessous de ces lampes sont toutes, sans exception, différentes de celles que j'avais observées dans le premier cimetière des esclaves de la maison des Césars.* Lucernae hae extant hodie in museo S. Ludovici, sed ex utro monumento singulae profectae sint, iam non apparere Schmidtius certiorem me fecit. Mala igitur fortuna hic quoque utilia inventa rursus eripuit. Nam si verum est in duobus coemeteriis Carthaginiensibus altero saeculi secundi incipientis, altero medii lucernas omnes differre, quanta utilitas inde in nostram rem redundatura sit quivis intellegit.

conderentur et etiam post Pium sub Marco neutrum plane clausum esset. Ei aetati, temporibus scilicet Traiani extremis et Hadriani Piique, etiam sermonis proprietas convenit omnibus vetustae consuetudinis vestigiis destituta, sed aliena item a barbarismis aevi labentis, quamquam soloecismi tales, quales tenuiores omni aetate commiserunt, in his quoque titulis passim deprehenduntur. Verum est aliquoties reperiri pluralis significationem per litteram extremam geminatam vel triplicatam[1]) itemque duorum adeoque trium Augustorum mentionem inici[2]); nec minus verum est, si communes leges sequimur, tam hoc quam illo indicio ad tertium saeculum rem transferri. At geminationem pluralis significandi causa hodie constat non alibi, sed in Africa iam Hadriano imperante in usu fuisse[3]), ut id compendii genus conicias coepisse a grammatistis Carthaginiensibus, propagatum inde saeculo sequenti ad Italiam reliquasque provincias. Plures Augusti quomodo accipiendi sint ut adhuc parum constat[4]), ita nemo opinor propter hunc scrupulum titulos detrudet ad saeculum Severi.

Iam ubi nos convertimus ad titulorum argumentum, quae in iis enuntiantur officia[5]) praeter pauca militaria pertinent ad rem familiarem impe-

---

[1]) *Caes. nnn. ser. A* n. 24; *proc. Auggg. A* n. 63; [*re*]*rna Auggg. A* n. 51 (vidit Schmidt); *Augg. ser.* similiterve 67. 68. 83.

[2]) *Hospes Caes. nnn. ser. A* n. 24. — *P. Aelius Augustorum lib. A* n. 261; quocum componendi sunt tituli urbani *Publius Aelius Augg. lib. Callistion* C. I. Gr. 6346 = C. I. L. VI, 10657; *P. Ael. Augg. lib. Chrysanthus* Orell. 4509 = C. I. L. VI, 10876; *Aelius . . . s Augustor.* [*lib.*] ib. VI, 10620 similesque adlati ab Hirschfeldio *Verwaltungsgesch.* 1 p. 276. Duorum Augustorum servi libertive reperti sunt magno numero in columbario utroque (*A* n. 51. 57. 67. 68. 83. 107. *B* miss. n. 9. 35. 49. 61. 65. 83. Vall. n. 118). — *Proc. Auggg. A* n. 63.

[3]) *Coss.* legitur tam in senatus consulto de nundinis saltus Beguensis a. 138 (C. VIII, 270) quam in decreto Burunitano imperante Commodo scripto. Cf. C. VIII p. 1060.

[4]) *Caes. nnn. servus* recte accipi poterit de Vespasiano Tito Domitiano. At *P. Aelii Augustorum liberti* quo proprie pertineant, anceps quaestio est. Quam proposuit Hirschfeldius l. c. interpretationem significari non tam principem manumissorem quam principes eo tempore, quo titulus positus est, imperantes, per se recte habet, nam Caesarum ius patronatus cum reliqua eorum re familiari ad principes posteriores descendit. Sed ita tituli hi Carthaginienses scripti sint necesse est sub imperatoribus Marco et Vero, id quod nullo modo admitti poterit. Henzenus urbanum VI, 10620 revocavit ad Hadrianum et Sabinam, per se item recte; sed eius mulieris nullum indicium tituli Carthaginienses dederunt. Quam ob rem videndum, annon pluralis consecutive accipiendus sit, ut duorum Augustorum libertus is appelletur, qui manumissus ab Hadriano post eius obitum Pium patronum habuerit. Utut est, hos titulos certum est esse aevi Hadriani et Pii. — *Procuratorem trium Augustorum* qui interpretabitur ad exemplum *servi Caesarum trium*, vix persuadebit, debebitque hic quoque fortasse accipi de eo qui pluribus imperatoribus ex ordine procuravit.

[5]) In fragmento *B* Vall. n. 141 viso etiam Schmidtio:

cae|S · N · SER
|L A T O R I
uixi|T · AN · XXX

quid fuerit incertum est; fortasse [*calcu*]*latori*.

ratoris, ut tuto possit adfirmari monumentum id de quo agitur destinatum fuisse familiae domus Augustae Carthaginiensi. Nam simul sepulti sepultaeve qui sunt non liberti servive Caesarum, ii et omnes officio carent et probabile est maiore ex parte mulieres fuisse coniugio contuberniove ad familiam Caesarum adiunctas earumque filios vel propinquos. Tenuioribus solis monumentum destinatum fuisse et res evidenter ostendit et consuetudo Romana requirit; nam honestiores vel certe divites homines etiam libertini ordinis eiusmodi sepulcri communionem fastidiunt. Iam vero familia illa Africana tota pendet e tabulario illo, cuius supra mentionem feci, uno [1]) excepto homine *A* n. 151 *ex numero cubiculariorum Aug(usti)*, qui coniugi monumentum fecit in Africam, ut ait, se secutae. Quod si inde colligi posset imperatores quamquam vix umquam Africam adeuntes nihilominus stabilem domum habuisse Carthagine, eam et ipsam non miraremur quodammodo sub cura procuratoris eius tractus fuisse. Sed id ex unico titulo equidem non collegerim; nam et casui aliquid in tali re dandum est et potuit cubicularius ille in Africam venire cum Hadriano; certe non est in titulo, cur eum non redigas ad ipsum illud iter. Reliquorum recensebuntur primum officia cum tabulario ita coniuncta, ut res demonstratione nulla indigeat:

proc(uratoris) Auggg. libertus *A* n. 63; *proc(uratoris)* servus *A* n. 130.
proc(urator) reg(ionis) Assuritanae libertus *B* miss. n. 42.
ex proc(uratore) r[eg(ionis)] ... tanae libertus *B* miss. n. 10.
tabularius libertus *A* n. 186. 188.
custos tabulari servus *A* n. 209.
adiutor tabulari a mensa Vagensi libertus Pii *B* miss. n. 11.
adiut(or) tabul(ari) trib(utorum) servus *B* miss. n. 54 (ubi Schmidtius quod editum est TRIBT·VIX·AN·L emendavit sic: TRIB·P·VIX·AN·L).
adiutor tabulari vel *tabulariorum* libertus Delattre *Bull. ép.* 2, 179 n. 41; servus *A* n. 51 (?). 66. 68. 87. 100. 136. 218. 253. 262. *B* miss. n. 3. 52. 53. Accedunt fragmenta duo inedita Schmidtio visa alterum: ..*Diadu*|[*meni adi*]*utoris* | [*tabul. p. u. a.*] ... *VIII*, alterum ..... [*F*]*ructu*[*s*] | [*adiutor*] *tabulario*[*rum*].
disp(ensator) reg(ionis) Thug(gensis) servus *B* miss. n. 9.
adiutor a commentaris servus *A* n. 16. 69. 125. *B* miss. n. 2 (ubi est *adiutor commen.*, confirmatum etiam a Schmidtio, omissa praepositione fortasse errore fabrili). 14. 15. 50.
librarius servus *A* n. 67. 214. 217. 244. 248. 250.
notarius servus *A* n. 57. 183. *B* miss. n. 16. 49.
praeco servus *B* miss. n. 22.

Procuratores Augusti ipsi tabulario praefectos ab his monumentis abesse eorumque in titulis mentionem non fieri nisi propter libertos servosve eorum

---

[1]) *Iucundus Aug. lib. adiut. a cognitionibus*, qui titulum supra p. 107 adn. relatum parentibus '*renovavit*', quominus Romae id fieri iusserit nihil impedit.

consentaneum est. Procuratores regionum duo quorum inde elogia prodierunt libertini sunt et infimi ordinis, quales praeterea novimus saltus Massipiani et castelli Burunitani[1]). Horum condicio quaenam fuerit, illustrabitur iis quae mox dicentur.

Adiutorum tabularii sive tabulariorum (nam et singularis et pluralis reperitur perscriptus) cum magnam copiam tituli tam Italici quam provinciarum suppeditent, qui eorum in officiis urbanis versantur, id ipsum non raro enuntiant, praesertim honoratissimum omnium a rationibus[2]), sed item vicesimae hereditatium[3]) aliaque; contra qui ministrant in tabulariis provinciarum, praeter provinciam[4]) munus determinare non solent, et primi sunt ni fallor duo tituli supra relati et adhuc soli, qui exceptionem faciant. Tributorum autem additamentum, quantum apparet, id tantummodo enuntiat quod ad omnes hos titulos pervenit; nam tabularium et hoc et reliqua provincialia tributorum causa constituta sunt. — Contra *adiutor tabulari a mensa Vagensi* et eo nomine a collegis differt, quod libertinus est, reliqui uno excepto servi, et aliquantum facit ad tributariam administrationem elucidandam. Iungendi autem sunt cum hoc titulo alii duo, alter ex eodem monumento prolatus *dispensatoris regionis Thuggensis*, nam mensa ut arcam requirit, ita dispensator quoque ubi adest, ibi arca fuerit necesse est, colligiturque hinc ut Vagae ita Thuggae quoque mensam fuisse; alter nuperrime repertus prope Avittam Bibbam hic[5]): *Veneri Aug(ustae) sac(rum) Delius Abascanti Aug(usti) vil(ici) vic(arius) teloneum a fundamentis sua impensa restituit et ampliavit*, ubi cum propter locum situm in media Africa proconsulari de portorio cogitari non possit, τελωνεῖον[6]) quod fuit Avittae sub vilico Augusti iure componetur cum mensa Vagensi recta ab adiutore tabularii Carthaginiensis Augusti liberto. Scilicet tabularium illud ita ordinatum fuit, ut per singulas tractus Carthaginiensis regiones (nimirum ordinis inferioris, non eo sensu, quo regio aequiparatur tractui) et procuratores res administrarent ordinis libertini et sub iis mensae fiscales sive τελωνεῖα constituerentur praeposito adiutore adiectoque dispensatore et vilico cum vicario eius, per quas mensas fiscus quae solvenda erant numeraret, quae praestanda erant acciperet. Similiter in Aegypto sub Ptolemaeis per singulos nomos τράπεζαι βασιλικαὶ constitutae fuerunt[7]), videturque idem institutum quamquam no-

[1]) C. VIII praef. p. XVII n. 2.

[2]) Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* I p. 33.

[3]) Hirschfeld l. c. p. 68.

[4]) C. I. L. III p. 1133. Sed in Africanis titulis provincia adhuc reperta non est et alibi quoque raro enuntiatur, utpote quam locus satis prodat.

[5]) Eum repperit I. Poinssot in ruderibus Henschir Mehimes III chil. ab Avita Bibba inter meridiem et occidentem ediditque in eph. Oranensi *Bulletin des antiquités africaines* vol. I (1883) p. 313; mecum communicaverat ante quam prodiret Carolus Tissot.

[6]) *Telonium Cirtense*, quod Renierius ex titulo corrupto C. VIII, 6956 efficere voluit, inde minime firmatur.

[7]) Lumbroso *économie politique de l'Égypte* p. 330 seq.

minibus fortasse mutatis etiam Romana aetate ibidem mansisse[1]). Pertinet ad administratores eos, ni fallor, caput edicti praefecti Aegypti a. 69 (C. I. Gr. 4957 v. 21 seq.): *κελεύω . . . ὅστις ἂν ἐνθάδε ἐπίτροπος τοῦ κυρίου* (intellegitur *procurator usiacus* libertus Augusti, qualis Felix est C. III n. 5) *ἢ οἰκονόμος* (potest esse et dispensator et vilicus) *ὕποπτόν τινα ἔχῃ τῶν ἐν τοῖς δημοσίοις πράγμασιν ὄντων* (= eorum qui fisco quiddam debent), *κατέχεσθαι αὐτοῦ τὸ ὄνομα ἢ προγράφειν, ἵν[α μηδ]εὶς τῷ τοιούτῳ συνβάλλῃ, ἢ μέρη τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῦ κατέχειν ἐν τοῖς δημοσίοις γραμματοφυλακίοις πρὸς ὀφείλημα.* Licebat igitur procuratori regionis fisci debitorem in mora constitutum in indicem proprium referre nomineque eius proscripto efficere, ne quis iure cum eo contrahere posset, denique partem substantiae ei ablatam pignoris loco in tabulario publico collocare. Similia etiam in Africa obtinuisse verisimile est. — Hinc edocti quod ait Tacitus[2]) Tiberium fide labante opem tulisse *disposito per mensas milies sestertio factaque mutuandi copia sine usuris per triennium,* non amplius ad mensas privatas argentariorum referemus, sed per publicas vel potius fiscales mensas servis Caesaris commissas pecuniae eae dispensatae sunt.

Ad tabularii negotia administranda omnino item pertinent tabellarii sive cursores:

> *exerchitator cursorum* servus *A* n. 64.
>
> *cursor* servus *B* miss. n. 73, qui titulus conceptus est sic: *D. M. s. Saturus Augg. ser. et Tiitcus* (TIITCV/ legit etiam Schmidt) *Augg. ser. cursores hic s(iti) s(unt). Collegium cursorum et Numidaru(m) fecit.*
>
> *tabellarius* servus *A* n. 88. 113. 118. 150. 166. 239; *ex tabellaris* n. 224; *tab.*[3]) n. 30. 35. 83. 85. 108. *B* miss. n. 17. 18. 51. Vallentin n. 112.

ubi notabilia sunt cum numerus tabellariorum copiosus et forma collegii, cuius alia indicia alii tituli suppeditant[4]) tum exercitatoris munus disciplinam ei corpori propriam et quodammodo militarem[5]) significans. Etiam luculentius formam tabellariorum militarem declarat titulus urbanus C. VI, 9915, quo recensentur *optiones* eorum duo libertini, *tesserarius* unus item libertinus, *tabellari* duodeviginti libertini quindecim servi tres; accedunt alii duo *optiones tabellariorum* alter officii rationum C. VI, 8424*a*, alter stationis patrimonii C. VI, 9505. Nam optio proprie ad rem militarem pertinet pariter

[1]) Franz C. I. Gr. III p. 319. 320. *Βασιλικοὺς γραμματεῖς* etiam Romana aetate in Aegypto fuisse ostendit edictum Capitonis C. I. Gr. 4956, 31.

[2]) ann. 6, 17.

[3]) Tabellarii hi erunt, non tabularii, nam servi sunt omnes.

[4]) *Colegius tabelari* Theveste titulum posuit uni ex suis Augusti servo (C. VIII, 1878). Notum est epigramma tabellarii Carthaginiensis hilaris magis quam docti C. VIII, 1027 (cf. *Revue de philologie* 1879 p. 80 seq.)

[5]) *Exercitatores equitum praetorianorum* et *equitum singularium* respondent fere campidoctoribus militiae pedestris. Eodem redit, ut monuit Iohannes Schmidt, *grex cursorum cum magistro se exercens* in domo Trimalchionis (Petron. 29).

atque tesserarius; neque quicquam clarius illustrat bellum quod Aurelianus gessit cum nummulariis urbanis quam tituli C. VI, 42—44 officinatores monetae ita recensentes, ut duo optiones iis praesint. Eius generis collegia militari disciplina recta cum pauca fuerint, qui ex columbario posteriore prodiit titulus *optionis m* . . . . . .[1]) et ipse ad hoc videtur pertinere, quamquam secundum vocabulum non perscriptum quod fuerit, non perspicio. — Cursores et Numidae sine dubio ita inter se opponuntur, ut illi sint servi Caesaris vernae (nam familiam hanc Caesaris ex se fere crevisse vernarum tituli plurimi declarant), hi natione Numidae ad eam condicionem ideo adsumpti, quod indigenae ei maxime apti erant.

Agrimensores quoque

agri mensor (sic *A* n. 174; *mensor agrarius A* n. 177. *B* n. 19; *mesor agror. A* n. 205. 208) servus *A* n. 177, *B* miss. n. 19; libertus *A* n. 174; ingenuus (?) *A* n. 205. 208.

cho[*rog*]*rapus* servus miss. *B* n. 57[2]).

ii scilicet qui ex hoc monumento prodierunt, versati sunt in cura saltuum Africanorum et officialium locum tenuerunt sub procuratore constitutorum. Sane mensores vel, ut olim dicebantur, finitores, qui adhibebantur a privatis et ad quos pertinet edictum praetoris de mensore qui falsum modum dixerit, eundem fere locum tenuerunt atque iuris periti et advocati; nam, at ait auctor iuris (Dig. 11, 6, 1 pr.), *non crediderunt veteres inter talem personam* et eum qui eam adhibeat *locationem et conductionem esse, sed magis operam beneficii loco praeberi et id quod datur ei ad remunerandum dari et inde honorarium appellari*[3]). Sed horum mensorum proprie privatorum cum admodum raro tituli mentionem faciant[4]), mensores a Caesare adhibitos

---

[1]) Titulus hic est editus apud Vallentinum n. 96, recognitus a Schmidtio:

D · M · S ·
SEVIA · VENVSTA ·
PIA · VIX · ANN · XXX ·
FECIT · FELIX · AVG · LIb · OPTIO ·
M·H · S · E ·

[2]) Titulum sic excepit Schmidt; supplementum quod proposuit Delattre mihi certum videtur:

d m S
o S · AVG · CHO
t rog R APVS PIVS T
VIXIT · ANNIS · LXVI T
B CONIVNX · CONIVGI L
BENE DE SE MERENTI S
Q FECIT · H · S · E

[3]) Cf. Dig. 50, 13, 1 pr.; Marquardt *Staatsverwaltung* 2, 408 quique ibi citantur.

[4]) In termino Hispano C. II, 1598 sic scriptum est: *l*(*ongum?*) *p*(*edes*) *CXX. C. Iulius P. f. Gal. Rufus agrimensor Siccaenas*: hoc vocabulum quid significet, ignoratur, sed videtur Rufus mensor fuisse privatus. — *Mensores aedificiorum* (cf. VI, 8933 = Henzen n. 6329: *Patiens Aug. l. tabul. mesorum aedificiorum*; C. VI, 198: *C. Iulius Hermes mensor* appicta, ut monui I. R. N. 6773, ad latus pedis mensura; Plinius ad Trai. 17 B. 18) utrum iidem sint atque agri mensores necne, non definio, certe sunt condicionis privatae.

hic videmus meliore aetate libertina vel adeo servili condicione fuisse[1]). — In agris publice metiendis distinguendum est inter curam et operas. Scilicet terminationes inter territoria cum perficiantur in Italia non raro per tribunos praetorianos[2]), in provinciis modo per praesides earum, modo per centuriones legionarios[3]), hi omnes non tam ipsi metiuntur quam indicant mensuris actis neque recte mensores appellantur. Immo mensores sunt quorum opera illi utuntur. Pristina aetate cum sine dubio mensores ii, de quibus supra dixi, ut privatim ita publice quoque adhibiti sint, sub imperatoribus eo officio milites potissimum funguntur, gregales scilicet vel ex gregalibus profecti[4]).

Chorographum inter officiales fiscales adhuc nullum habebamus. Non idem est opinor atque agrimensor, Graece γεωμέτρης, sed cum eo coniunctus, destinatus scilicet formis agrorum pingendis et caelandis.

Pedisequi

> *pedisequus* servus *A* n. 8. 54. 60. 91. 93. 119. 120. 249. *B* miss. n. 13.

quo spectent, minus apertum est; sed re considerata item ad procuratorem tabularii iure referentur. Scilicet hoc vocabulo cum scriptores significare soleant privatorum hominum comites condicionis servilis ministrosque[5]), in titulis observavi iis potissimum pedisequos tribui, qui iure publico appari-

---

[1]) Ex nostris mensoribus ut ad familiam pertinent tres *A* n. 177: *Didymus Aug. ser.* et *B* miss. n. 19: *Victor Caes. n. ser.* et *A* n. 174: *T. Flavius Dapnus Aug. lib.*, ita duo alii *A* n. 208: *T. Flavius Apsens* et *A* n. 205: *P. Aelius Victor* magis est, ut ingenui fuerint. Cf. titulus in Mauretania inventus C. VIII, 8812: *imp . . . . Alexandro . . . . terminationes agrorum adsignantur colonis . . . iussu . . Axi Aeliani . . . proc(uratoris) Aug(usti) r(ationis) p(rivatae) per Cae(lium) Martiale(m) agrimensore(m).*

[2]) Tribunus militum auctore Vespasiano *causis cognitis et mensuris factis* terminationem perfecit Pompeiis (C. X, 1018); simili officio functus est Asculi alius tribunus adsumpto gregali praetoriano (grom. p. 244).

[3]) Illustre exemplum praebent tituli duo Dalmatici C. III, 2883 et alter nuper repertus Popovicii prope Benkovac, editus cura Michaelis nostri Glavinic (*Bull. Dalmato* II p. 146. V p. 65), quem ut paucis adhuc notum adscripsi: *ex edicto P. Corneli Dolabele leg. pro pr. determin[av]erunt* (immo *determinavit*) *fin[e]s . . . . Geminus pri(nceps) posterior leg. VII inter Neditas et Corinienses. Restituti iussu A. Duceni Gemini leg. Augusti pr. pr. per A. Resium Maximum (centurionem) leg. XI princip(em) posterior(em) et D. Aebutium Liberalem astatum posteriorem leg. eiusdem.*

[4]) Ita modo vidimus in mensuratione Asculana a tribuno praetoriano adhibitum esse praetorianum militem. Eiusdem loci sunt *evocati* quoque in re mensoria occupati (vide infra p. 149), item veteranus legionis III Augustae Nonius Datus qui fecit cuniculum Saldensem (C. VIII, 2728). Fuerunt sane mensores metatores inter milites, et eorum opera cum militantium tum evocatorum vel veteranorum principes saepenumero usi sunt. Conferri poterunt *libratores* (C. VI, 2454) et *architecti* (Orell. 3489) item gregales praetoriani. Sed vocabulum mensorum eo sensu inter principales num recte referatur, dubium est; plerique certe legionum cohortiumve mensores qui dicuntur, non metatores fuerunt, sed frumentarii (Marquardt *Staatsverwaltung* 2 p. 536).

[5]) Cicero ad Att. 2, 16, 1. Nepos Att. 13. Dig. 31, 65 pr. 34, 1, 17. 40, 4, 59 pr. al.

toribus careant. Itaque et mulierum pedisequae [1]) saepissime nominantur et in pulchello elogio nobilissimi servi Tiberii dispensatoris ad fiscum Gallicum a vicariis suis Romae sepulti [2]) inter alios aulae servilis homines pedisequi duo enumerantur. Id ipsum etiam ad procuratores pervenerit necesse est, quippe quibus iure neque lictores neque veri apparitores ulli adessent; et vere ex pedisequis domus Augustae non ita pauci ad certas rationes ita rediguntur, ut procuratori ei rationi praeposito eos ministrasse appareat [3]). Quam ob rem eos quoque pedisequos servos Augusti, quorum officium nullo additamento determinatur, non tam ipsi Caesari quam procuratorum eius cuidam ministrasse probabile est. Carthagine autem inventos magno numero pedisequos iure ad procuratorem tabularii referemus eique statuemus pro apparitoribus fuisse.

Denique quae restant officia

paedagogus libertus *A* n. 154; servus *A* n. 50. 141.

aedituus servus n. 26. 91. 219.

custos Lar(um) min(ister) servus *B* miss. n. 20. Titulus sic conceptus est: *D. M. s. Felix Caesaris nost(ri) ser(vus) custos Lar(um) min(ister* potius quam *ministrorum) p(ius) v(ixit) a(nnos) LXXVI m. III d. XV. Aelia Ianuar(ia) cons(erva) pia fec(it).*

communia sunt omnibus familiis separatim constitutis; habebant enim singulae familiae, rem publicam scilicet in his quoque imitatae, et ludum litterarium suum et aedem suam Larum. Custos Larum minister — sic enim similiterve solvendum quod traditur [4]) — idem videtur esse atque aedituus.

Alieni ab officialibus sunt hi:

medicus servus Augusti *B* n. 21; liber extraneus a Caesaris familia *B* n. 56.

quamquam de priore dubitari potest, annon et ipse ad procuratorium officium pertinuerit. Item

φιλόσοφος *B* n. 6 in titulo hoc: T. Φλάουιος Μάξιμος Κρὴς Γορτύνιος φιλόσοφος ἐνθάδε κεῖται, βιώσας ἔτη τεσσεράκοντα καὶ ὀκτώ. Ἑρμιόνη συνβίῳ· εὐψύχει, κύριέ μου Μάξιμε· ἐγὼ σοῦ περίψημα τῆς καλῆς ψυχῆς.

saltatrix ancilla privatae *B* n. 23.

---

[1]) Inter has ut quaedam libertae inveniuntur (Henzen 6327 = C. VI, 5200; C. VI, 4002), ita nullum liberum hominem inter pedisequos offendi. Pedisequi mulierum excepta Livia Augusta vix reperiuntur.

[2]) C. I. L. VI, 5197 = Henzen n. 6651.

[3]) Ita *pedisequ. stationi casstrese* Henzen 6335 = C. VI, 8523; *pediseq. rat. k(astrensis)* n. 8522; *pedissec. r. k.* n. 8521; *ped. num. castren.* n. 8524. Item *pediseq. domu(u)m Palatinarum* ib. n. 8658 similiterque n. 8657. Item *ped[iseq.] a vinis* ib. n. 8527. Pedisequorum Augusti tituli urbani cum non ita multi sint, pro re saepe procuratorum indicia in iis adsunt.

[4]) Conferendi sunt inter alios tituli duo Nolanus C. X, 1269 *Fisiae Sex. f. Serenae . . . Larum ministri* et Campanus X, 3789 antiquae aetatis: *hisce ministris Laribus faciendum coe[rarunt]*, ubi sequuntur nomina libertini unius, servorum undecim.

Accedunt officiis ad rationem Africanorum praediorum pertinentibus alia quaedam diversa, sed coniuncta:

proc(urator) IIII p(ublicorum) A(fricae) libertus *A* n. 123 [1]); officii incerti, servus *A* n. 78 [2]). Tertium fragmentum excepit Schmidtius ..... *rymnus* | [*f.*? *Prim*]*i soc. IIII p. A.* | [*arc*]*ari vixit* | [*a.*] . . *II. II. s. e.*

adiutor tabularior(um) fisci castrensis *A* n. 255.

Quattuor publica Africae quamquam proprie quid significent ignoratur, constat esse vectigalia Africae antiqua et propterea non ad fiscum spectantia, sed ad aerarium populi Romani exercitaque per conductores [3]). Horum curam quatenus imperator sibi sumpserat, ipsa re coniuncta fuit cum vectigalium Caesaris administratione. — Magis notabile est quod fisci castrensis ex hoc sepulcreto memoria emersit. Is fiscus quo pertinuerit, adhuc litigant viri docti, quique hodie in hac studiorum Romanorum provincia principem locum obtinet Otto Hirschfeld [4]) si recte de eo iudicavit, fiscus castrensis ab administratione Carthaginiensi plane abhorret: scilicet revocavit eum ad domuum imperatoriarum in urbe Roma aedificationem et procurationem. Mihi cum non propositum sit in huius commentarioli angustiis quaestionem difficilem et late patentem pertractare, sufficiet breviter monuisse illi opinioni duo argumenta potissimum obstare: castrorum vocabuli usum et titulum Lambaese dedicatum Severo a *familia rationis castrensis* [5]), quem et Wilmannsius noster et cum eo olim ipse Hirschfeldius recte composuerunt cum dispensatoribus et arcariis legionis III Augustae servis imperatoris. Quodsi fiscus castrensis significat administrationem pecuniarum Caesaris exercitibus alendis et curandis destinatarum, cum dubium esse non possit pecunias, quibus castra Africana sustinebantur, magna ex parte non Roma eo missas esse, sed Carthagine, sponte intellegitur, qui factum sit, ut eius rationis officialis Carthagine diem obiret.

Tituli militares simul prodierunt quinque, duo veteranorum nude (*A* n. 237 et *B* miss. n. 24); tertius (*B* miss. n. 58) militis legionis I adiutricis, quam cum parum verisimile sit umquam in Africa castra habuisse [6]), casu is in Africam videtur advenisse ibique diem obiisse; quartus *A* n. 115 militis legionis VII geminae felicis, quam cum constet per aliquod tempus tetendisse Lambaese [7]), tum fortasse miles is Carthaginem missus naturae debi-

---

[1]) Pro *Pythagora. f.*, id quod in lapide Schoenius quoque legit, scribendum est *Pythagorae.*

[2]) *Flavia Aug. lib. Successa. Princeps Aug. ser. IIII p. A. coniugi dulcissimae,* quod in lapide legerunt et Delattre et Schoenius, non satis intellego; desiderari videtur ante *IIII p. A.* officium.

[3]) Videantur quae composuimus C. VIII p. XVII.

[4]) *Römische Verwaltungsgeschichte* p. 195 et seq.

[5]) C. VIII, 2702.

[6]) Caesareae in Numidia tituli duo militum eius inventi sunt (C. VIII, 9376; Schmitter *Bull. épigr. de la Gaule* 2 p. 279).

[7]) C. VIII p. XXII.

tum solvit; denique quintus *A* n. 25 militis cohortis I urbanae, de qua cohorte cum paullo diligentius agendum sit, primum componentur qui memoriam eius servarunt tituli [1]).

1. *L. Licinius Licinianus* [*tri*]*b. coh. primae urban*(*ae*). — Capuae. I. R. N. 3623 = C. X, 3889.
2. *Papirius Sporus p*(*rimi*)*p*(*ilaris*) *tribunus coh. 1 urbanae Antoninianae.* — Romae. C. VI, 2861.
3. *M. Carantius Macrinus centurio coh. primae urbanae, factus miles in ead*(*em*) *cohorte Domitiano II cos.* [a. 73], *beneficiar*(*ius*) *Tettieni Sereni leg. Aug. Vespas. X* [sic] *cos.* [a. 77?], *cornicular*(*ius*) *Corneli Gallicani leg. Aug. equestrib. stipendis Domit*(*iano*) *VIII cos.* [a. 83], *item Minici Rufi legati Aug., evocatus Aug. Domit. XIIII cos.* [a. 88], *centurio imp. Nerva II cos.* [a. 90] *t*(*estamento*) *p*(*oni*) *iussit.* — Carouge prope Genavam. Inscr. Helvet. n. 78 = Henzen n. 6770.
4. *Apertius Namfamo miles coh. I urb.* — Satafi in Mauretania Sitifensi. C. VIII, 8395.
5. *M. Curvelius M. fil. Aniens. Robustus mil. cohor. I Faviae* [sic lapis; scr. *Flaviae*] *urban*(*ae centuria*) *Herenni.* — Lugduni. Grut. 539,8; Boissieu p. 354.
6. Cirtensi C. Iulio Quadrato monumentum ponunt fratres tres Iulius Bassus centurio legionis III Augustae et Iulia Anucella et Iulius Modestus *mil*(*es*) *coh. I urban*(*ae*). — C. VIII, 2890.
7. .. [*Iu*]*lius Do*[*nat*]*us mil.* [*coh. p*]*r. urb*[*a*]*nae*; iuxta legitur titulus militis legionis III Augustae. Sra Wartan prope Siccam. Descripsit ad ectypum Ioh. Schmidt.
8. *Q. Iulius Victorinus miles coh. I urban*(*ae*). — Carthagine. De la Vigerie n. 25.
9. .... *coh*(*ortis*) *I urb*(*anae, centuria*) *Clodi Rufi C. Regilius C. f. Volt. Priscus Vienna veteran*(*us*) *coh*(*ortis*) *eiusd*(*em*). — Carthagine. C. VIII, 1024.
10. *L. Sommius Datus mil. coh. I urb.* Siccae. *Bulletin de l'Académie d'Hippone* d. 6. Oct. 1883.
11. *C. Cadienus Iustus veteranus coh. primae urbanae.* — Arimini. Mur. 800, 4 = C. XI, 389.
12. *L. Caelius Sabinu*[*s fl*(*amen*) *p*(*er*)]*p*(*etuus*), *veter*(*anus*) *coh*(*ortis*) *1 urb*(*anae*), *fisc*[*i curator, mis*]*sus honesta mis*[*sion*]*e.* — Madauris. C. VIII, 4679.
13. *M. Ulpius Iulianus veter. cho*(*rtis*) *I urbane.* — Romae. C. VI, 2862.

---

[1]) Quinque eorum Marquardtius recensuit *Staatsverwaltung* 2 p. 467; ceterum quam graviter errarit eandem iudicans primam decimamque urbanam, ex infra dictis apparebit. Ipsum quo nititur argumentum decimae cohortis milites honoris augendi causa primanorum vocabulum adsumpsisse, rationem non habet; neque enim magnopere militaris dignatio ab huiuscemodi numeris pependit.

Cohors igitur I urbana teste titulo n. 5 Flavia fuit, id est instituta imperantibus Flaviis, cumque teste titulo n. 3 iam a. 73 extiterit, Vespasianus necesse est eam crearit. Eum cum ex rerum memoria constet devicto Vitellio cohortes tam praetorias quam urbanas ab hoc conscriptas exauctorasse et totum hoc militum genus nova ratione ordinavisse[1]), eius ordinationis sine dubio pars fuit cohors I ab eo instituta. Mansisse eam certe ad saeculi III initium colligitur ex titulo n. 2, ubi cognomine utitur Antoninianae. — Castra ubi habuerit si quaerimus, extra Romam ea fuisse inde intellegitur, quod tribuni quidem et veterani, sed ne unus quidem militis eius titulus ibi repertus est. Immo indicia alia Lugudunum ducunt, alia Carthaginem. Nam Luguduni prodiit titulus militis n. 5, quique monumentum sibi fecit prope Genavam in provincia Narbonensi extrema centurio n. 3, is ipse ait meruisse se sub legatis Augusti, provinciae scilicet proximae Lugudunensis[2]). Carthagine autem prodierunt tituli duo n. 8. 9, in Numidia n. 7. 10, in Mauretania n. 4. Accedit quod duo milites n. 6 domo Cirtensis et n. 4 cognomine utens Punico originem prae se ferunt Africanam; mature enim in provincia qui mererent ex ipsa delecti sunt; item quod veterani n. 9 et 12 post missionem Madauris vel Carthagine vitam exegerunt, nam saepenumero veterani post missionem in provincia ubi militarant sedem stabiliverunt.

Cadit igitur in cohortem primam urbanam id ipsum, quod de tertia decima urbana pariter monumenta aperuerunt. Eam enim cum olim demonstravissem non Romae meruisse, sed Luguduni, ubi non minus decem lapides memoriam eius servarunt[3]), postea eiusdem cohortis militum trium tituli in Africa prodierunt, duo Carthagine, tertius Musti[4]), quorum unus scriptus est imperante Domitiano neque ab ea aetate duo alii abhorrent. Non sine causa igitur Wilmannsius eam coniecit sub Flaviis castra habuisse Carthagine.

Vespasianus igitur cum cohortes urbanas denuo ordinaret, non solum urbis Romae curam egit, sed etiam Luguduni et Carthaginis, in illa vetus institutum secutus (nam suam cohortem Lugudunenses vel sub Augusto habuerunt), huic quantum nobis constat tum primum similiter prospiciens. Scilicet duas cohortes urbanas, primam et tertiam decimam non cum reli-

---

[1]) Vide quae nuper exposui in Hermae vol. 16 p. 647.

[2]) Borghesi *Bullettino dell' Inst.* 1844 p. 127 = opp. 7, 452. Cf. Hermae vol. 3 p. 124. Privilegium veteranorum nuperrime repertum in Pannonia (supra p. 93) docuit C. Cornelium Gallicanum fasces tenuisse non a. 85, ut adhuc credebamus, sed a. 84 die Sept. 3.

[3]) *Annali dell' Instituto* 1853 p. 74. Titulorum, quos composuit Boissieu p. 354 seq., cum plures ita comparati sint, ut nullo modo primo p. Chr. saeculo tribui queant, concidit quod Marquardtius *Staatsverw.* 2 p. 467 posuit magis quam probavit cohortem XIII circa Traiani tempora esse desiisse. Quod in missione a. 216 solae cohortes urbanae X. XI. XII. XIIII nominantur omissis I et XIII, satis inde explicatur, quod hae extra urbem castra habuerunt.

[4]) C. VIII, 1025. 1026. 1583. Q. Aelii Primi *mil(itis) coh. XIIII urb(anae)* elogium prodiit in provincia proconsulari ad Avittam Bibbam (Poinssot *Bull. d'Oran* fasc. 5 p. 310).

quis in urbe collocavit, sed in Gallia et Africa, ita fortasse, ut primam Lugudunum mitteret, tertiam decimam Carthaginem; certe eo ducunt tituli duo saeculi primi exeuntis Genavensis supra n. 3 cohortis primae et Carthaginiensis cohortis tertiae decimae. Eae deinde sedem ita videntur mutasse, ut secundo tertioque saeculo prima in Africa praetenderet, tertia decima Luguduni; id enim flagitant utriusque provinciae tituli aetatis posterioris. — Prospexit autem Vespasianus hac militiae Africanae ordinatione fortasse non tam urbi magnae Africae capiti ibique degenti proconsuli quam vectigalibus Africanis procuratoribusque suis. Scilicet proconsuli notum est postea quoque partem aliquam legionis Africanae praesto fuisse[1]), neque verisimile imperium eius in milites ea aetate auctum esse. Sed etiam vectigalia Africana non sine militum adiutorio administrata esse et sponte intellegitur et confirmarunt duo monumenta nuper reperta, titulus ad Simitthu effossus aetatis Tiberianae militis legionis Africanae, qui cum *in praesidio esset in saltu Philomusiano, ab hoste in pugna occisus est*[2]), et epistula supra citata colonorum Burunitanorum apud Commodum querentium de procuratore, quod eos vexasset *missis militibus in saltum Burunitanum.* Qui milites quinam essent, adhuc ignorabamus; nam legionarios sine dubio numero paucos ad officium proconsulis missos eis negotiis suffecisse probabilitatem nullam habebat. Iam vero postquam rescivimus cohortem miliariam Carthagine sedem habuisse, quaestioni illi habemus responsionem paratam, eoque magis paratam, quod reditus Africani imperante Nerone magnopere creverant et vectigalium curam nullus imperatorum diligentius egit quam Vespasianus. Praeterea cum ex titulis militum urbanicianorum in Africa repertis alii Carthagine prodierint, alii Musti et Siccae in provincia proconsulari et Satafi in Mauretania, hosce milites in promptu est missos esse eo ad custodiam saltuum Caesaris. Denique quod supra vidimus in monumento Carthaginiensi nullos homines qui quidem officia habeant sepultos esse nisi aliqua ratione sub procuratore constitutos, iam apparet fortasse etiam ad legionarium militem, certe ad militem cohortis I urbanae pervenire inter reliquos ibidem sepultum.

---

[1]) Hadrianus in adlocutione ad legionem Africanam (C. VIII, 2532) inter difficultates militiae hoc quoque ponit, *quod omnibus annis per vices in officium pr[ocon]sulis mittitur.* Cf. *Staatsrecht* 2 p. 252.

[2]) Eum edidimus Carolus Tissot apud Florianum Vallentin *Bulletin épigraphique de la Gaule* vol. I (1881) p. 99 et acceptum ab eodem Tissotio ego in hac Ephem. 4 p. 537 adiecta interpretatione.

XXXV. PROTECTORES AVGVSTI.

Protectores Augusti cum inter instituta militaria aetatis labentis locum non ultimum obtineant, in originem eorum vicesque nemo adhuc quod sciam inquisivit. Quam ob rem non supervacaneum visum est disceptare de iis titulis eorum compositis. Incipient qui ad Constantinum usque scripti sunt esseve videntur, ut post aetatis plus minus certae sequantur quorum tempus accuratius definiri non potuit.

1. L. (sic) Petronio L. (sic) f. Sab. Tauro Volusiano v(iro) co(n)s(ulari) ordinario (sic), praef. praet. em(inentissimo) v(iro), praef. vigul. p(erfectissimo) v(iro), trib. coh. primae praet., protect. Augg. nn., item trib. coh. IIII praet. cet. — Dedicata inter a. 261, quo Taurus fasces gessit, et a. 267, quo ad praefecturam urbis pervenit in titulo non memoratam. Arretii. Orell. 3100 (cf. vol. III p. 268); recognovit Bormann.
2. Genio imp. P. [Lic. Gall]ieni .... Clementius Silvius v. e. a(gens) v(ices) p(raesidis) et Val(erius) Marcellinus praef(ectus) leg(ionis), prot. Aug. n., a(gens) v(ices) l(egati), municipes ex provincia Raetia. Anni 267. — Aquinci. C. III, 3424.
3. [p]ro salute ... Gallieni († 268) Aug. et militum vexill(ationum) leg(ionum) Germanicia[r(um) e]t Brittanicin(arum) [cu]m auxilis [e]arum .... [V]italianus [prot]ect(or) Aug. n. — Sirmii. C. III, 3228 (cf. p. 1155).
4. pro salute itus ac reditus d. n. sanctissimi G[alli]e[ni invic]ti Aug. ... Aurelius Faustus prot. divini lateris Aug(usti) n(ostri). — Ocriculis. Orell. 1869. Nominis imperatoris erasi quae deprehendit vestigia Nissenus, Bormanno suggesserunt supplementa supra proposita.
5. imp. Caesar[i] M. Aur. Claudio .... vexillationes adque equites itemque praepositi et ducenar(ii) protect(ores) tendentes in Narb(onensi) prov(incia) sub cura Iul(ii) Placidiani v. p. praefect(i) vigil(um). — Anni 269. Gratianopoli. C. XII, 2228 = *Bull. dell' Inst.* 1880 p. 105.
6. Claudi Herculani protectoris Aureliani Augusti (a. 270—275) .... Claudius Dion[y]sius protector Augusti. — Nicomediae. C. III, 327.
7. Aur. Firminus pref. leg. II a[di.] ex prot. — Anni 287. Aquinci. Eph. ep. II n. 678.
8. M. Aur. Valerius v. p. ducen[ari]us ex protectorib(us) lateri[s] divini. — Anni 280. Naronae. C. III, 1805.

9. Aelius Aelianus praefectus leg(ionis) s(upra scriptae) — II adiutricis — protector Aug(usti). — Aquinci. C. III, 3529.

10. Aur. Muci[anus pro]tector aeq. [prae]torianorum. — Romae. C. VI, 2773.

11. M. Aurelius Processanus v. e. ex cent(urione) praet. cohort. VI, prot(ector) ducenarius. — Mutinae. C. XI, 837 = Grut. 539, 9.

12. Aur. Sabinianus v. e. proc(urator) duc(enarius) prov(inciae) Dalmat(iae), trib(unus), protec[tor Augusti], pater Sabiniani c(larissimi) pueri trib(uni) laticl(avi). — In agro Salonitano. C. III, 1985 = Eph. ep. IV n. 256. Post Constantinum scribi non potuit propter egregiatum (Hirschfeld *Verwaltungsgesch.* p. 273); tribunus laticlavius ad tertium saeculum titulum revocat.

13. T. Fl. Constans (centurio) protec. titulum facit fratri (centurioni) leg. XXX. — Coloniae. *Rhein. Jahrb.* vol. 57 p. 81.

14. Florio Baudioni viro ducenario protectori ex ordinario leg. II Ital. Divit(ensium), vix. an. XL, mil. an. XXV. — Spoletii. Orell. 3391. Titulus quamquam legioni II Italicae Divitensium agnomen tribuit a meliore aetate alienum (redit C. VI, 3637, conferendique sunt *exploratores Divitienses* titulorum Mogontiacensium C. I. Rh. 991. 1237 et *Divitenses seniores, Divitenses Gallicani, equites Dalmatae Divitenses* Notitiae Dignitatum), protectoris officium ita enuntiat, ut ad antiquiores necessario referendus sit scriptus opinor sub Constantino.

15. Superinius Romanus (centurio), protect. d. n. — Coloniae. Henzen 6728 = C. I. Rh. 318. Huic aetati adsignavi propterea quod adiectum est *domini nostri* (vide p. 126).

16. T. Tor[i] Gemellian[i] quondam [d]oc(toris?) fabr(um) leg. II a[di.] . . . prot(ectoris) Aug. n. A *!!!!* — Saec. III omnino. Aquinci. C. III, 3566.

17. . . . . [trib. coh.] XI urb., trib. coh. VI praet. et protector Auggg. nnn. — Curictis. C. III, 3126.

Accedit protector unus praefectorum praetorio:

18. Aurel(ius) Severus protect. pr. pr. — Sine dubio saec. III. Romae. C. VI, 3238.

Qui sequuntur tituli, eos aut post Constantinum constat scriptos esse aut certe indicia desunt aetatis antiquioris.

19. Ael. Titus ex protectore. — In Bosnia. C. III, 2760*a*.

20. Albinus . . . ex si . . . . betranus [ex] protectore Nicomea (?). — Christiani est. In agro Friulano. C. V, 1796.

21. [M.] Aurelius [Ma]ximianus .... ex prote.... — Mutinae. C. XI, 835 = Bortolotti spicil. Mod. p. 229.

22. Aurelius Romanus protector ducenarius. — Annemasse in Sabaudia. C. XII, 2576 = Herzog Gall. Narb. n. 584.

23. Earetes protector domesticus vixit annus XXV. — Christiani. Romae. Eph. ep. IV n. 913.

24. Εὐγνωμόνιος προτίκτορ τῶν γενναιοτάτων ἀριθμοῦ Μαρτησίων. — Anni 518. Ex Asia minore fortasse translata Parisios. C. I. Gr. n. 9449.

25. Fl. Aurelius prot. domesticus vixit annis L. — Mediolani. C. V, 6226.

26. Fl. Dalmatius v. p. ex pro[tect.], qui vixit an. XL. — Savariae. C. III, 4185.

27. Fl. Fandigil[u]s protector de numero armigerorum. — Christiani. Concordiae. C. V, 8747.

28. Fl. Gabso p[ro]tector domestic[us e]x tribu[no]. — Christiani. Treviris. Leblant *inscr. chrét. de la Gaule* n. 252 [1]).

29. Fl. Marcus protector, natus in Dacia provincia .... militavit in vexillatione Fesianesa(?) annis XXIII, unde factus protector idequi (= indeque?) militavit in scola protectoru[m] annis [q]uin[q]ue; manumittit presentibus collegibus. — Cyzici. C. III, 371.

30. Fl. Memorius milit. int(er) Iovianos annos XXVIII, pro(tector) dom(esticus) an. VI, prae(fectus) lanciaris sen[ioribus] .... rib(us) an. III, comes ripe an. I, comes Mauret. Ting(itanae) an. IIII, vix. an. LXXV. — Arelate. C. XII, 673 = Grut. 495, 3.

31. Fl. Pomentius ... maritus et VECTORNAM(?) et protector. — Savariae. C. III, 4186. In corruptela quid lateat nescio; in mentem venit *decurio ornamentarius*.

32. Fl. Valens protector ... vixit annos XLVIII civis Conco[rdiensis]. — Romae. Eph. ep. IV n. 912.

33. Fla. Viator protector. — Romae. C. VI, 1595.

34. Fl. Vitalis v. c. protec. et notarius. — Mutinae. C. XI, 830 = Mur. 374, 3.

---

[1]) Scriptus est, ut nuntiavit quem de eo consului Hettnerus museo Treverensi praefectus, litteris optimis et meliore saeculo dignis; sed id fabri meritum est, non aetatis. Rossius, quem ut de tituli aetate iudicium ferret rogavi, respondit litteris omnino iisdem scriptum esse Treverensem alterum sacris virginibus positum a Clematio v. c. (ann. Rhen. 55/6 p. 136) sine dubio saeculo IV posteriorem; monogramma sic formatum ☧ (non forma Treveris vulgari ☧) frequentari coeptum a medio saeculo V recte convenire epochae Constantii II, certum autem aetatis indicium peti non posse ex litteratura. Supplementum [*e*]*x tribu*[*no*] vel *ex tribu*[*nis*] verum esse patet; quod Borghesius apud Leblantium p. 606 proposuit [*mo*]*x tribu*[*nus*] a pedestri sermone abhorret.

35. Hariulfus protector domesitigus (sic) [f]ilius Hanhavaldi regalis gentis Burgundionum qui vicxit annos XX et mensis nove et dies nove. Reuglo avunculu[s] ipsius fecit. — Treviris. Ann. Rhen. 61 (1877) p. 86; recognovit a me rogatus Hettner Trever et paenultimum vocabulum emendavit. Litteras idem iudicat saeculi esse fere quinti incipientis.

36. Martinianus ex protectoribus; . . germen Daqiscus . . . anus militavit XLV. — Christiani. Mediolani. C. V, 6244.

37. Martinus . . vixit ann. XXXVIII, in prima Minerbes mil. ann. V, in und(ecima) ann. IIII, in lanciaria ann. V, in pr(otectoribus) ann. V. — Christiani. Romae. Eph. ep. IV n. 911. Formulae christianae et nominis forma cum ad tempora ducant Constantino posteriora itaque *pr(aetorio)* ut solvatur vix tolerari possit, magis compendium insolitum admisimus.

38. *Μάξιμος προτ.* — Anni 478 epochae Bostrenorum, id est p. C. 583. In Batanaea. Lebas et Waddington n. 2294.

39. Raus. . . Hatena pro(tector) duc(enarius) potius quam pro(curator) duc(enarius). — Sirmii. C. III, 3249 = 6439.

40. Sabinus decessit de seculo annum quin[qu]aginta ex [p]rotictoribux. — Christiani. Aquileiae. C. V, 8282.

41. . . . Senui . . . ducenario prot[ectori]. — Mediolani. C. V, 5833.

42. Val(erius) Pusintulus protector, qui vixit annos XXXVIIII. — Anni 310. In Pannonia inferiore. C. III, 3335.

43. Val(erius) Thiumpus . . militavit in leg. XI Cl(audia), lectus in sacro comit(atu) lanciarius, deinde protexit annis V, missus, pref(ectus) leg. II Hercul(iae) egit ann. II semise, vixit ann. XLV m. III d. XI. — Troesmi. C. III, 6194, ubi vide adnotata. Sed videor mihi ibi errore lanciarios habuisse pro agnomine undecimanorum, cum praeterea ii (memorantur cum in titulis hic recensitis n. 30. 37 tum C. VI, 2759. 2787, C. I. Gr. 4004 et passim in Notitia dignitatum et alibi) seorsum semper procedant. Nec quod tum me movit insigne undecimanorum lapidi praescriptum tanti est, ut propter eam causam legiones duae confundantur. *Lectus in sacro comitatu* utrum iungendum sit cum militia quae praecedit an cum ea quae sequitur, eo magis ambiguum est, quod tam undecimani quam lanciarii et seniores et iuniores secundum Notitiam in exercitu Orientis recensentur inter legiones sub magistris praesentalibus, id est in sacro comitatu versantes.

44. Val. Vincentius ac[t]uarius protectorum. — Nicomediae. C. III, 6059.

45. Verianus protect[or]. — Romae. C. VI, 2855.

46. ....tivus ex protectoribu[s] ....us classis Rabennatium ...... — Romae. Eph. ep. IV n. 923.

47. ..... [milit]avi annos XV [pro]tector ... — Christiani. Tolosae. Leblant *inscr. chrét. de la Gaule* n. 606.

Excludendus hic:

48. Q. Variu[s] Marcellus proc. corp. — Alexandreae Troadis. C. III, 387. Paenitet me temptavisse restitutionem pessimi exempli Bailiani; *protector corporis* praeterea exemplo caret.

Ducenarii vocabulum non emolumentum tantummodo significans, sed in cursu honorum equestri coniunctum cum augmento honoris crescentis cum stipendio, multi et varii equestris ordinis officiales adsumunt, ut procuratores (v. Hirschfeld *Verwaltungsgeschichte* p. 258 seq.), praefecti vehiculorum, praefecti legionum (Orell. 3444), imperatori a consiliis, alii, quorum recensum non est quod hoc loco instituamus. Sed non videntur omitti posse tituli aliquot saeculi tertii ducenarium ad officium militare adiungentes ita fere ut ei supra adiungi videmus protectoriam dignitatem. Nude ducenarius cum raro ponatur et ni fallor meliore aetate abusive[1]), significatur ita procurator provinciae tam in constitutionibus Constantinianis (C. Th. 8, 10, 1. 11, 1, 2. 11, 7, 1 cf. 9) quam in titulo Graeco C. I. Gr. 2509 bis, fortasse etiam in Latino C. VIII, 7978 *duc(enarii) bis* sub Severo scripto; quae omnia omitti potuerunt. Sed alias paucas inscriptiones ducenariorum nude ita comparatas, ut non inepte eos ad protectores referas, addidi, quoniam utiliter cum protectoriis expendentur.

49. insistente Aur. Marcellino v. p. duc(e?) duc(enario?) muri Veronensium fabricati sunt iussu Gallieni a. 265. C. V, 3329.

50. Herculi Aug. consorti d(omini) n(ostri) Aureliani invicti August(i) res pub(lica) Pis(aurensium) cura agente C. Iulio Prisciano v. e. duc(enario) cur(atore) re(rum) p(ublicarum) Pis(aurensium) et Fan(estrium) p. m. — Pisauri. Orelli 1031. Titulus periit, sed de lectione Bormanno satis constabat; notae in fine quomodo interpretandae sint nescio.

51. Q. Livius Q. f. Palat. Velenius Pius Severus ducenar(ius) trib(unus) sem(enstris) leg(ionis) XXII primig(eniae). — Trebulae Mutuescae. C. IX, 4885. 4886.

52. Iunius Marinus v. e. ex ducenario. — Apud Nantuates. C. XII, 149 = inscr. Helv. 19.

53. Attonius Quintianus men(sor?) ex CC imp. — In Britannia. C. VII, 420.

[1]) Ducenarios saeculi quarti et sequentium, qui ordinem primum efficiunt in schola agentium in rebus et generaliter in numeris officiisque eius aevi (vide quae exposui C. III p. 1059) cave cum antiquioribus ducenariis confundas. Ad illos spectant tituli C. III, 6155. V, 1680. 1721. 1880. Eph. II n. 888.

Protectorum duo genera fuerunt, Augusti ipsius et praefectorum praetorio. Illorum plenum nomen, quod servavit unus titulus n. 4, fuit *protector divini lateris Augusti nostri*, vel, ut intellegitur ex n. 6. 16, *Augusti illius* nomine enuntiato. A protegendo latere imperatoris nomen sortitos esse ait etiam constitutio a. 416 (C. Th. 6, 24, 9). Breviatae formae sunt *protector lateris divini* n. 8, *protector Augusti* similiterve n. 1. 2. 3. 6. 9. 17, *protector domini nostri* n. 15. In titulis ante Diocletianum scriptis cum Augusti vocabulum adici soleat, posteriore aetate nusquam adscriptum reperitur. — *Protexit* loco protectoris ordini honorum insertum est n. 43. — *Protectoris pr(aefectorum) pr(aetorio)* memoriam servavit unus titulus n. 18. — Ducenarii protectores appellantur in titulis septem, sic ut *vir ducenarius protector* sit n. 14, *ducenarius protector* n. 5. 41, *protector ducenarius* n. 11. 22 et fortasse n. 39, *ducenarius ex protectoribus lateris divini* n. 8. Hoc quoque additamentum tertio saeculo usitatum non diu postea mansit; nam titulus n. 14, qui inter hos recentissimus esse videtur, scriptus videtur imperante Constantino. Ablatum esse videri protectoribus a Constantio infra exponetur.

Protectores ante tertium saeculum nullos fuisse ut ex silentio tam auctorum quam lapidum iure colligitur, ita quando coeperint in coniectura positum est. Qui vitas imperatorum scripserunt protectorum mentionem faciunt cum ubi agitur de Gordiano primo (vita Maximini c. 14: *Carthaginem pervenit cum pompa regali et protectoribus et fascibus laureatis*, quibus quae respondent apud Herodianum 7, 6, 2, haec sunt: εἵπετο δὲ αὐτῷ πᾶσα ἡ βασιλικὴ πομπή, τῶν μὲν στρατιωτῶν οἵτινες ἦσαν ἐκεῖ καὶ τῶν κατὰ τὴν πόλιν ἐπιμηκεστέρων νεανίσκων ἐν σχήματι τῶν κατὰ τὴν Ῥώμην δορυφόρων προϊόντων· αἵ τε ῥάβδοι ἐδαφνηφόρουν) tum Antonini Severi f. res enarrantes (Carac. 5: *naufragii periculum adiit antemna fracta, ita ut in scapham cum protectoribus descenderet.* c. 7: *occisus est in medio itinere .. cum levandae vesicae gratia ex equo descendisset atque inter protectores suos coniuratos caedis ageret*). Sed his ad quaestionem decidendam periti non utentur; solent enim scriptores illi suae aetatis coloribus antiquiora depingere. Titulos ubi inspicimus, eorum qui protectorum certam memoriam subministrant [1]) antiquissimus est Tauri (n. 1) eius qui fasces suscepit a. 261 et circa idem tempus praefecturam praetorio administravit; is cum ante eam praefecturam alteram vigilum gesserit, ante hanc tribunus praetorianus protectoriam dignitatem obtinuerit, recte inde efficietur protectores institutos esse ante Valerianum (253—260). Itaque circa saeculum tertium medium a Philippo fortasse vel a Decio protectores instituti sunt; cui aetati ut caedes principum a comitibus perpetratae propriae sunt, ita divini lateris singularis custodia fidei deficientis aperta confessio egregie convenit.

---

[1]) In laterculo militum praetorianorum a. 227 (C. VI, 2799 v. 12) et altero anni incerti (VI, 2415) quae leguntur 7 *Iuliani pr.* et [7] *Primi pr.* non recte traxisse me ad protectores monuit Bormannus adlegans quod legitur in titulo Pisano (C. XI, 1435 = Grut. 529, 2) ipsi viso: *M. Aur. Iustianus mil. coh. IIII pr. 7 Flori prio.* Neque iam dubito in cohortibus illis centuriones binos fuisse Iulianos Primos Floros ita distinctos, ut alter prior appellaretur, alter posterior.

Protectoratus quo loco fuerit primo tempore, tacentibus scriptoribus ex titulis solis aliquatenus elucidatur. Videtur autem ita coepisse, ut non tam per se concederetur, quam tamquam cumulus et officiorum et praemiorum adiceretur ad officia militaria diversa, quorum quae in titulis inveniuntur haec sunt:

1. *Praefectura legionis:* n. 2. 9. Praefectura praecedit, subiungitur protectoratus.
2. *Tribunatus cohortis praetoriae:* n. 1. 17, item n. 12, ubi est *tribunus* nude. Tribunatus item praecedit.
3. *Tribunatus legionis* num ita cum ducena coniungi potuerit, incertum est, verisimile tamen propter n. 51. Nam quod ducena praecedit, sequitur tribunatus, exemplis defenditur quale est C. X, 5336: *vir ducenarius, proc. rat. castr.*
4. *Centurionatus praetorianus:* n. 11. 13. 14. 15. Praetorianum intellegi centurionem in primo eorum extra dubium est; de secundo idem inde intellegitur, quod *centurio protector* opponitur centurioni legionario; similiter iudicandum esse de *centurione protectore* n. 15 verisimile est. Recedere videtur a communi lege titulus Baudionis n. 14, sed potest Baudio ex ordinario centurione legionario factus esse centurio praetorianus itemque protector ducenarius et hoc officium enuntiasse illo omisso.
5. [*D*]*octor fabrum legionis:* n. 18. Officium alibi non memoratum neque certissimum si recte restitutum est, doctor hic aliquatenus accedit ad campidoctores; eos autem dignitate eminere inter alia inde intellegitur, quod in titulo Tarraconensi C. II, 4083 invenitur centurio legionarius *praep*(*ositus*), scilicet equitibus singularibus exercitus Hispanici, *simul et camp*(*idoctor*). Cf. item C. VI, 533. 3239*a*.
6. [*Pro*]*tector equitum* [*prae*]*torianorum* si recte effectus est ex lacero fragmento n. 10, significatur sine dubio *exercitator equitum praetorianorum* idem protectoria dignitate ornatus et propterea abusive ita appellatus, fere ut ex legato Germaniae viro consulari efficitur consularis Germaniae.
7. *Dux ducenarius* si adest in titulo n. 49 a. 265, qui iubente imperatore Veronae tum ducatum suscepit extra ordinem (nam ordinarii duces tum nulli fuerunt), item ducenae honorem stipendiaque a principe accepisse potest. Protectoris utrum vocabulum omiserit an protectoratu caruerit, non liquet.

In uno ex titulis his n. 17 inter utrumque officium copula ponitur, id quod non fit nisi in muneribus aliquo vinculo coniunctis. Semper praecedit praefectura tribunatus centurionatus, subiungitur protectoratus statim, nisi quod in n. 16 hic auctarii loco post alia adscriptus est, item n. 10, si verum vidi, perversa ratione utrumque coniunctum est. Adsunt eiusdem aetatis tituli quidam protectorum alteram dignitatem nullam enuntiantium, potestque fieri, ut is honor etiam sine alio delatus sit; sed magis crediderim in his alterum honorem tantummodo suppressum esse et vere Severum ita rem instituisse, ut

eminentes in militia viri, maxime centuriones et tribuni praetoriani, sed item praefecti legionum aliique in adeundo imperatore protegendoque, ut ipsi dicunt, divino latere praecipuum ius et officium eminens haberent reliquis militantibus licet in praetorio denegatum, et propterea protectoria dignitate et stipendio aucto cumularentur. Itaque in exercitu illo extraordinario, quem ad Gallias recuperandas Claudius a. 269 in Narbonensem provinciam misit sub duce praefecto vigilum urbis Romae (n. 5), recte post numeros non solum praepositi honorifica mentione afficiuntur, sed item ducenarii protectores, scilicet qui in eo exercitu erant praesertim ex praetorio viri non duces, sed protectoria dignitate super reliquos eminentes. — Praefectis autem praetorio ut consiliarii et commentarienses proprii adfuerunt (*Staatsrecht* 2, 1066) et aetate posteriore notarii praetoriani fuerunt pariter atque imperatorii, ita illi suos quoque protectores habuerunt. Ii sine dubio esse desierunt, cum imperante Constantino rerum militarium administratio a praefectis praetorio ad magistros militum translata est.

Stipendium protectoribus omnibus idem datum esse sestertium ducenorum verisimile est; certe protectorem qui stipendii mentionem faciat nullum adhuc invenimus nisi ducenarium. Dignitate non exaequatos fuisse consentaneum est, cum protectoratus reperiatur modo ad maiorem modo ad minorem militiam adiunctus; et vere inveniuntur protectores alii viri perfectissimi n. 8, alii viri egregii n. 11, item Taurus n. 1 ad perfectissimatum per praefecturam vigilum demum evectus.

Hoc protectorum institutum quando mutatum sit, inveniri non potest nisi definitum erit, quomodo ab antiquis protectoribus novi differant; praecipientes igitur quod infra demonstrabitur hos proprium corpus effecisse a suo duce rectum iam videamus, quando incipiant protectores propter protectoratum antiquum officium deponere, item quando incipiant protectorum praepositi.

Prior quaestio pendet rursus quodammodo a grammatica, scilicet praepositionis *ex* cum condicionibus et honoribus coniunctae quaenam vis sit. Ea autem duplex est. Nam ubi sequitur pluralis vel plurativae significationis vocabulum, potest ita significari eum de quo agitur aut eo numero comprehendi aut eo loco olim fuisse. Illud ut communi sermone obtinet (nam *unus ex amicis, alter ex censoribus* optima aetate receptum fuit), ita a legitimo eoque quem tituli idonei repraesentant abhorret; is enim in eiusmodi locutionibus a praepositione abstinet soletque ad legionarium in antiquioribus titulis adscribi *legione illa,* aetate imperatoria *miles legionis illius,* nequaquam vero *miles ex legione illa.* Exceptionem faciunt tituli classiariorum et equitum singularium. In illis miles *classis* quidem dicitur esse, raro *ex classe,* sed *ex navi* usus requirit, non *navis* (C. X p. 1131); in his formulae quae sunt *ex numero equitum singularium, ex numero singularium, ex equitibus singularibus, ex singularibus* ut veteranis (C. VI, 3178. 3216. 3231. 3242) ita militantibus etiam tum (C. VI, 3259. 3294. 3305) adscribuntur nullo discrimine facto, saepenumero praeterea adicitur *ex turma.* Idem praepositionis usus fortasse ad collegia quoque aliquo modo pervenit, ut *ex tabularis* C. VI, 9072. 9074. 9075, *ex tabellaris* in titulo Carthaginiensi supra

p. 113, videntur esse non qui eo loco fuerunt, sed qui eorum numero comprehenduntur. — At castrensis usus praepositionis diversus est, significans, ut dixi, eo modo officium transactum et depositum. Praepositio ita usurpata cum a vetustiore sermone abhorreat nec reperiatur in melioris aetatis monumentis, invaluisse videtur saeculo secundo ex laterculis militum[1]) propagata in titulos eorum et quarto saeculo cum aliis plebeii sermonis proprietatibus ad auctores quoque transiisse tales, quales sunt imperatorum qui vitas scripserunt et Ammianus. Omnino quae sunt *ex centurione, ex consule* et sic porro licet grammaticum offendant, brevitate et perspicuitate commendantur; nam quae requirit pura lingua adiectiva magna ex parte deficiebant, ut in centurione, aut propter significationem diversam usu receptam sic amplius adhiberi non poterant, ut in consule. Sed ut illam utilitatem praeberent, adhibenda erant cum singulari, et vere per aliquod tempus is videtur in ea re sollemniter obtinuisse et praefectus qui fuit appellatus esse *ex praefecto,* evitato plurali plurativaeque significationis vocabulis; *ex praefecto* enim ut barbarum fortasse, ita significationis certae est, *ex praefectis* autem praeterea ambiguum, poterat enim ita quoque praepositio accipi, ut accipitur in *uno ex amicis.* Nihilominus pluralis quoque ita usurpatur, ut verba biographi Gordiani c. 22: *a Gallicano ex consulibus et Maecenate ex ducibus interempti sunt* respondent Graecis Herodiani 7, 11, 3: *ἀνὴρ ἀπὸ ὑπατείας νεωστὶ Γαλλικανὸς ὄνομα .... καὶ ἕτερος στρατηγικὸς τὸ ἀξίωμα Μαικήνας καλούμενος,* reperiturque in titulis saeculi quarti optimae notae *v(ir) c(larissimus) ex praefectis urbi* (C. VI, 1712; Eph. IV n. 800); ad quod exemplum explicandus erit non solum *veteranus ex legione*, id quod non semel legitur (C. VIII p. 1081 cet.), sed etiam *veteranus ex centurionibus* (C. X, 3370) et *ex trierarchis* (C. XI, 86; cf. adn. ad X, 3348). Eum usum Seeckius, quem de his rebus cum fructu consului, iure eo revocat, quod Graeci pro *ex consule* dicere solent *ἀπὸ ὑπάτων.* Secundum haec cum de eo quod est *ex protectore* (n. 19, modo lectio vera sit) et *betranus* [*ex*] *protectore* (n. 20) ambigi nequeat, etiam *ex protectoribus* qui dicuntur (n. 8. 36. 40. 46) videntur esse officio functi. Nec recte opponetur n. 8 *ducenarius ex protectoribus lateris divini*[2]); nam protectoris officium est non perpetuum, ducena dignitas perpetua pariter atque perfectissimatus et egregiatus[3]). Denique castrenses illi homines cum scribunt modo *ex protectore,* modo *ex protectoribus,* modo per compendium ad utramque formulam pari iure explicandum, non quaesitam diversitatem enuntiare voluerunt, sed eandem rem paullo diverse significaverunt.

Hinc descendit usus praepositionis ad distinguendam militiam administratam et codicillarem. Scilicet cum iam Constantinus (C. Th. 7, 21, 1) sanxe-

[1]) Laterculus militum dimissorum c. a. 134 C. III, 6178 officia omnia recenset adiecta praepositione.

[2]) Eadem ratione est in titulo Sidensi (C. I. Gr. 4346) δουκηνάριος ἀπὸ ἐπιτρόπων πριμιπιλάριος.

[3]) Constantinus a. 317 (C. Th. 8, 4, 3): *primipilaribus post emeritam militiam perfectissimatus vel ducenae vel centenae vel egregiatus dari dignitas potest.*

rit iis, *qui ex protectoribus vel ex praepositis vel ex tribunis*[1]) *epistulas reportassent* neque aciem vidissent, non eadem privilegia esse atque iis qui *ordine militiae decurso* ad eandem condicionem pervenissent, inde colligitur, quod alibi quoque saepe apparet, honores eos per codicillos ita datos esse, ut tamquam peractis iis dimitteretur non tam tribunus et sic deinceps factus quam ex tribuno. Inde postea honorum illa duo genera ipso vocabulo differre coeperunt, scilicet ita ut qui tribunus meruisset, etiam tribunatu deposito tribunus appellaretur, honorarius tribunus ex tribuno vocabulo contentus esset. Eius usus in comitibus exemplum illustre proponit ordo salutationis Thamugadi nuper eruderatus, de quo fortasse alibi disserendi locus erit, in tribunis autem titulus Trevirensis supra relatus n. 28; nam *protector ex tribuno* cum nullo modo accipi possit de tribuno deinde facto protectore, cum vel infimi ordinis tribunus supra protectorem sit (cf. C. Th. 8, 5, 49), recte ita vocabitur protector dimissus cum tribunatu epistulari[2]). Ceterum hic loquendi usus non videtur pervenisse nisi, ut ait Constantinus, ad honores militares: *ex consule* non est consul codicillarius, sed consulatu functus et sic deinceps. Multo minus transferri debet ad officia minora numquam ita per codicillos permissa imaginarie, itaque *ex protectore* sive *ex protectoribus* omnino is dicitur qui protector cum fuisset, esse desiit. Ne in militia quidem contenderim severe eam legere observatam esse neque usquam usurpari *ex tribuno* sive *ex tribunis* vocabulum de eo qui tribunatum gesserit; sed legitimum usum vocabulorum ea aetate recte mihi videor definiisse.

Haec ubi sequimur, inter titulos supra relatos primum novorum protectorum indicium, quod sit anni certi, Aquincensis praebet anni 287, qui quartus est Diocletiani; ibi enim invenitur praefectus factus legionis antea protector. Sed fortasse anteriora his suppeditant scriptores. Constantius Constantini magni pater, qui videtur militare coepisse imperante Aureliano, secundum Anonymum Valesianum c. 1 *protector primum, exin tribunus, postea praeses Dalmatiarum fuit;* itaque nisi scriptor suae aetatis vocabulis anteriora enarravit, iam sub Aureliano protectores ad tribunatum promovebantur. — Diocletianum auctores cum scribant imperatorem creatum esse *domesticos tum*

---

[1]) *Ex tribunis* locutio praeter titulum codicis Theodosiani supra citatum inscriptum *de testimoniali ex tribunis et protectoribus* (ubi nota vocabulum *ex tribunis* usurpari pro substantivo singulari numero) in legibus non invenitur, Rossiusque noster, quem de ea consului, respondit sibi non repertam esse nisi in titulis tribus urbano (Crescimbeni *stato della basilica di S. Maria in Cosmedin* Romae 1719 p. 30): *Flavius Bulicus v(ir) d(evotissimus) ex tribunis* et Aquileiensi vol. V n. 1652: *Fl. Aparenta .... ex tribunis* et Lugdunensi apud Leblantium n. 41: *Flavius Flori ... ex tribunis qui vixit annos octoginta et septem, militavi(t) ann. triginta et novem .... et probatus annorum decim et octo*; praeterea in libello precum a Marcellino et Faustino dato ad Theodosium seniorem (Sirmondi opp. 1 p. 154 ed. Venet.) *nobilis domus ... Severi ex tribunis.*

[2]) Tribunum codicillarem sive honorarium cave confundas cum tribuno vacante. Tribunus vacans, ut ex Ammiano potissimum apparet, quamquam numero non praeest ut praeest non vacans, nihilominus militat; tribunus honorarius aut numquam militavit aut militavit loco diverso et codicillos accipiens militare desinit.

regentem (vita Numeriani 13; Victor Caes. 39) vel adeo comitem domesticorum (Zonaras 12, 31: ἄλλοι δὲ κόμητα δομεστίκων αὐτὸν γενέσθαι φασί), non recte inde colligetur eo tempore fuisse milites palatinos domesticos dictos, cum id nomen, ut infra dicetur, quarto demum saeculo medio incipiat, nec magnopere offendit protectorum vocabulo eo tempore usitato a posterioribus substitutos esse domesticos; sed sub domesticorum vocabulo antiquos praetorianos latere eorumque puta tribunatu Diocletianum tum functum esse, parum verisimile est. Immo haec eo ducunt ante Diocletianum corpus quoddam extitisse a praetorianis diversum custodiae imperatoris destinatum et habens ducem suum. Constitutio Diocletiani anni incerti Cod. Iust. 10, 48, 2, quae sola inter eius leges protectorum meminit, immunitatem confirmans iis *qui aut ex protectoribus sunt aut ex praepositis,* cum proxime accedat ad inscriptionem Gratianopolitanam a. 269 (n. 5), potest omnino ad antiquos protectores trahi, sed non minus ad novos ex illis ita enatos, ut multae ordinationes utrisque pariter conveniant. Contra quod in libro de mortibus persecutorum (c. 19 cf. c. 18) scripto a. 313/4 Lactantius narrat Maximinum vulgo Dazam ab avunculo Galerio primum scutarium factum esse, deinde protectorem, mox tribunum, denique a. 305 adulescentem etiamtum Caesarem, ad protectores saeculi tertii parum se accommodat, recte omnino ad instituta posteriora, nisi quod in transitu ex schola scutariorum ad protectores aliquid gratiae dandum est.

Itaque tam titulis quam scriptoribus testibus ab Aureliano inde corpus fuit protectorum sub duce suo custodiae imperatoris potissimum destinatum et eminens supra praetorianos. In legibus tamen horum protectorum mentio certa nulla reperitur ante annum 325 [1]). — Domesticorum vocabulum non offendi ante Constantium [2]), neque absimile veri est utrosque non simul institutos esse, sed protectoribus reformatis fortasse ab Aureliano post intervallum, non magnum tamen, domesticos adiectos. — Protectores et domesticos vere differre et tam hos quam illos laterculum proprium et sic decem primos suos habuisse declarant leges duae Honorii C. Th. 6, 24, 8. 9 aperte coniunctae. Differunt autem ni fallor eo nomine, quod protectores proprie appellantur qui stipendiis emeritis, domestici proprie qui nobilitate et gratia ad eum locum perveniunt, qua de re infra dicetur. Sed differunt ita, ut re omnis diversae originis effectus tollatur et non solum officia et privilegia, sed ipsa illa vocabula inter nobiles iuvenes veteranosque ad hunc honorem pariter admissos quodammodo communicentur. Scilicet qui praesunt iis comites duo appellantur domesticorum equitum et domesticorum peditum,

---

1) Eius anni est Cod. Th. 7, 20, 4: *comitatenses et ripenses milites atque protectores.* Anni sequentis sunt ib. 7, 22, 2 et 8, 7, 2; anni 328 C. Th. 7, 20, 5. Constitutio a. 313/5 C. Th. 7, 21, 1 memorans eos, qui *ex protectoribus vel ex praepositis vel ex tribunis* dignitatem non militia, sed codicillis impetrarint, etiam antiquiori ordinationi apta est. Id ipsum valet de constitutione a. 333 C. Th. 7, 22, 5 praeterita potissimum respiciens.

2) C. Th. 12, 1, 38, sine dubio Constantii, fortasse anni 346. Ad eandem aetatem pertinet locus Ammiani 14, 10, 2.

cum comitis protectorum appellatio perraro inveniatur (C.V, 8120, 7), praesuntque hi pariter tam domesticis quam protectoribus; neque de quo cogitavi domesticos equites nobiles illos esse, domesticos pedites veteranos, ullo certo argumento fulcitur. Protectorum nomen generale esse et domesticis quoque ita tribui, ut sollemniter appellentur protectores domestici, praeter alia ipsa lex modo citata 6, 24, 9 declarat protectoribus eadem concedens quae paucis ante diebus protectoribus domesticis concessa essent; sed inde ne colligas protectori veterano domestici nomen denegatum esse, refragatur tam ducum vocabulum quam titulus n. 30 protectoris domestici omnino veterani, ut hanc vocabulorum differentiam fortasse initio receptam, sed certo postea abiectam esse necesse sit. Constitutiones quoque praeter leges aliquot, quae primum domesticis, deinde veteranis eadem privilegia tribuunt (C. Th. 6, 24, 6. 8. 9), promiscue fere appellant modo protectores domesticos, modo domesticos aut protectores, modo protectores, modo domesticos solummodo [1]), idemque promiscuus usus utriusque vocabuli testibus tam titulis quam scriptoribus ad sextum saeculum et fortasse ulterius quoque mansit [2]). Similiter vocabula adhiberi in titulis recensus quem dedimus declarat[3]), neque discedunt auctores, ut Ammianus et Symmachus [4]). Quid quod cum in constitutionibus inter has antiquissimis inveniatur *domesticorum seu protectorum consortium* a. 346 (C. Th. 12, 1, 38 cf. 12, 1, 88 et sic fere Ammianus 16, 10, 21. 25, 10, 9) similiterque *protectorum domesticorum schola* a. 364 (C. Th. 6, 24, 3), utroque loco, maxime hoc aperte uno corpore comprehenduntur tam

---

[1]) *Protectores domestici* a. 364 (C. Th. 6, 24, 3). 366 (C. Th. 8, 7, 9). 416 (C. Th. 6, 24, 9); *domestici protectores:* a. 389 (C. Th. 8, 5, 49). — *Protectores aut (vel) domestici:* a. 382 (C. Th. 12, 1, 88). 396 (C. Th. 7, 21, 3). 397 (C. Th. 12, 1, 153). 406 (C. Th. 7, 4, 27); *domestici et (ac, atque) protectores:* a. 387 (C. Th. 6, 24, 4). 416 (C. Th. 6, 24, 7) et inscr. tituli C. Th. 6, 24 et C. Iust. 12, 17; *domestici seu (aut) protectores:* a. 346 (C. Th. 12, 1, 38). 386 (C. Th. 8, 8, 4). — *Protectores* nude praeter constitutiones a. 346 anteriores omnes (vide p. 131 n. 1): 353 (C. Th. 7, 21, 2). 364 (C. Th. 7, 20, 8). 368 (C. Th. 8, 5, 30). 369 (C. Th. 13, 1, 7). 382 (C. Th. 9, 27, 3). 385 (C. Th. 13, 1, 14). 390 (C. Th. 10, 22, 3). 416 (C. Th. 6, 24, 9). 420 (C. Th. 7, 16, 3). 426 (C. Th. 4, 10, 3). — *Domestici* nude: a. 362 (C. Th. 6, 24, 1). 364 (C. Th. 6, 24, 2). 393 (C. Th. 6, 24, 5). 395 (C. Th. 6, 24, 6). 416 (C. Th. 6, 24, 8; 6, 25, 1). 432 (C. Th. 6, 24, 11). 433 (C. Th. 8, 1, 17). Theodosii II (Nov. eius 21; C. Iust. 12, 17, 3). Iustini a. 519 (C. Iust. 2, 7, 25, 3). Iustiniani (C. Iust. 12, 17, 4). Quibusdam locis, ubi domestici soli appellantur, iure ambigitur, utrum protectores veterani item comprehendantur, ut 6, 24, 2, ubi domesticorum filii referri inter domesticos iubentur. Sed ii pauci sunt et ut eos demas, quod supra posuimus in suo statu nihilominus manet.

[2]) Leges Theodosiano codice posteriores quae horum mentionem faciunt numero paucae domesticorum vocabulo solo utuntur; sed protectorum quoque aetate Iustiniana et post eam in usu mansisse Procopius et auctores Byzantii alii declarant, idemque habent tituli n. 24 anni 518 et n. 33 anni 583.

[3]) *Protector domesticus* quater reperitur n. 23. 25. 28. 30, *protector* passim.

[4]) Vegetius protectores non nominat, nominat domesticos 3, 10: *quis comes, quis ribunus, quis domesticus.*

nobiles quam veterani. Itaque unum genus hoc fuit officialium ex parte adsumptum propter natales, ex parte propter militiam veteranam.

Consortium protectorum (hoc vocabulo deinceps significabimus universos tam veteranos quam nobiles) quomodo constitutum fuerit, parum constat. Duo fuerunt genera militantium *intra palatium* (C. Th. 16, 5, 42), alterum scholarum sub magistro officiorum constitutarum scutariorum gentilium armaturarum, alterum hoc domesticorum comitibus oboediens, et propterea opponuntur hi scholari militiae in legibus a. 346 (C. Th. 12, 1, 38) et 366 (C. Th. 8, 7, 9) et in Notitia Dignitatum, significaturque universitas, ut modo vidimus, vocabulo *consortii* similibusque. Sed mox scholarum vocabulum ad hoc quoque genus porrigitur usurpatum ab Ammiano (26, 5, 3: *domesticorum praefuit scholae;* 14, 7, 9: *scholis palatinis et protectorum cum scutariis et gentilibus*) et in constitutionibus Iuliani (C. Th. 6, 24, 1 a. 362: *domestici per singulas quasque scholas*), Valentiniani (C. Th. 6, 24, 3 a. 364: *protectorum domesticorum schola*), Theodosii II (C. Th. 6, 25, 1: *ex devotissimis domesticorum scholis*). Bipertiti, scilicet equites alii, alii pedites cum protectores ab ipso initio videantur fuisse, duae scholae equitum altera, altera peditum certo testatae non sunt nisi in constitutionibus saeculi sexti (Cod. Iust. 2, 7, 25, 3. 12, 7, 4. 5). Eodem num spectet pluralis in legibus supra citatis Iuliani et Theodosii II usurpatus, dubium est, cum singulari utantur Valentinianus et titulus Cyzicenus n. 29; rectius fortasse eam sermonis inconstantiam inde explicabis, quod propter instituti condicionem vere gemellam protectores proprie et domestici proprie et pro uno consortio haberi potuerunt et pro duobus. — Protectores *collegas* se appellant in titulo supra n. 29 et apud Ammianum 15, 3, 10. c. 5, 22. 18, 8, 11. — *Actuarium protectorum* nominat titulus n. 44 (cf. Cauer in hac Eph. IV p. 430).

Ad protectoratum pervenitur, ut ait constitutio Valentiniani (C. Th. 6, 24, 3), *variis itineribus,* id est, ut ibidem innuitur, aut propter emerita stipendia aut favore praesertim nobilitatis. Illam causam Constantinus enuntiat in lege a. 328 (C. Th. 7, 20, 5) memorans *veteranos protectoria dignitate cumulatos,* et diserte Symmachus ep. 3, 67 Firmum domesticum suum *militiae stipendiis cum honestate perfunctum* commendans amico *legitima praemia* desiderantem: *huiusmodi quippe veteranis praerogativa debetur, ut illis protectorum dignitas tamquam pretium longi laboris accedat.* Alia plura composuit Gothofredus ad C. Th. l. c. Certa exempla et scriptores suppeditant et tituli. Ita Gratianus pater imperatoris Valentiniani (nati a. 321) *natus apud Cibalas ignobili stirpe ob validi corporis robur post dignitatem protectoris atque tribuni comes praefuit rei castrensi per Africam* (Ammianus 30, 7, 2. 3; cf. Victor epit. 45). Item Antonius memoratus apud Ammianum (18, 5, 1) ad a. 359 *ex mercatore opulento rationarius apparitor Mesopotamiae ducis, tunc protector*[1]) miles est ex duciano ad protectoratum evectus, nec dubium est a regeneratoribus imperii Diocletiano Constantinove ducibus

---

[1]) Non recte Marinius *iscr. Alb.* p. 70 eumque secuti alii hinc effecerunt eo tempore ducem Mesopotamiae protectores suos habuisse.

omnibus permissum esse, ut ex officialibus suis principem crearent eundem militem et transacto officio cum protectoria dignitate dimittendum. Sed eius instituti Notitia dignitatum scripta sub Arcadio et Honorio tantummodo rudera monstrat. Scilicet postquam Constantius ni fallor agentes in rebus instituit constitutos sub magistro officiorum, plerisque magistratibus maioribus principes officiorum ex agentium schola deputati sunt, et quo tempore Notitia scripta est, ut in Occidentis partibus nulli duci permittitur principem scholae ex suo officio adsumere, imminuto scilicet iure ducum Stilichonis potentia, ita in Oriente quoque cum reliquarum dioecesium duces principem accipiant de schola agentium, in his Mesopotamiae, quem sub Constantio antiquo iure usum esse vidimus, mansit antiqua ordinatio in solis dioecesibus Thraciarum et Illyrici, ut ibi princeps scholae ex duciano officio profectus *completa militia*, ut ait Notitia, *adoret protector*[1]). Horum protectorum ex militia profectorum exempla tituli quoque suppeditant, rari ii, cum hac aetate cursus honorum perscribi fere desierint, sed luculenti:

n. 14 *ordinarius leg. II Italicae Divitensium — protector,*

n. 43 *miles leg. XI Cl. — (miles leg.) lanciariorum — protexit a. V — missus — praef. leg. II Herculiae annos II menses VI* — vixit a. XLV. In legione hunc meruisse per annos c. XX in adnotatione demonstravi,

n. 30 (*miles leg.*) *Iovianorum a. XXVIII — protector domesticus a. VI — praefectus lanciariis senioribus* — (sequuntur honores alii) — vix. a. LXXV,

n. 37 *miles leg. I Minerviae a. V — miles leg. XI a. IV — miles leg. lanciariae a. V — protector a. V* — vixit a. XXXVIII,

n. 29 *eques vexillationis Fesianesae* (?) a. XXIII — *protector a. V.*

Hoc nomine protectoratus duobus modis coniunctus est cum institutis militaribus saeculi melioris. Primum quod demonstravi cum secundum illorum titulorum edebam militiam legionariam saeculo secundo tertioque ita factam esse annorum quinque et viginti, ut milites stipendia mererent ordinaria XX, immunia V, aperte in protectoribus his quodammodo duravit, quamquam iidem tituli ostendunt spatia non anxie retenta esse, sed pro saeculi labentis licentia modo aucta inveniri, modo imminuta. Potest etiam per gradus res processisse; fortasse cum protectores novi primum fierent selecti tantum veterani, praesertim qui ordines duxissent, eum locum ceperunt, postea vero honor vulgatus est. — Deinde quod praetorianos Diocletianus imminuit,

---

[1]) *Protectorem* quod traditur constat aut ita emendandum esse aut fortasse scribendum *pro protectore*. Ad antiquam ordinationem hoc quoque aliquatenus redit, quod secundum Notitiam dignitatum princeps officii ducis deputatus ex schola agentium in rebus transacto officio 'ducenarius adorat'; scilicet post institutos agentes in rebus ducenariatus a protectoria dignitate divulsus tum fere iis datus est cum qui eos praecesserant ad protectoriam dignitatem admissi essent. — Vitalianus, quem Ammianus 25, 10, 9 ait militem e numero Herulorum (qui in Notitia dign. inter auxilia Palatina comparent) domesticorum consortio adiunctum esse, non tam pro veterano quam speciali gratia promotus est, fere ut Daza (vide p. 131).

Constantinus abolevit, aperte fecerunt, quoniam praetorianis carere poterant propter protectores; nam pari loco utrique sunt non solum eo nomine, quod corporis custodia principis tam praetorianis incumbebat quam protectoribus, sed item propter originis paritatem. Scilicet cum a Severo inde milites lecti ex legionibus in praetorium transferrentur, id ipsum in protectores quoque cadit. Itaque inter titulos praetorianorum quos habemus qui fortasse recentissimus est C. VI, 2759 militis cuiusdam *corti X pretorie, qui militabit legione Mesiaca* (XI Claudia?) *ann*(*i*)*s V, inter lanciarios annis XI, in pretoria ann*[*is*] ..., eum non mirabimur proxime accedere ad supra recensitos protectorum. Quid quod fortasse non casu accidit, quod eaedem fere legiones, quae in hoc titulo comparent, etiam protectores illos dederunt, ut ex iis praecipue Constantinum conicias primum praetorianos, deinde protectores adscivisse. Hoc solum igitur mutavit praeter nomen, quod cum antea legionarii paucorum stipendiorum in praetorium transferrentur [1]), iam stipendia plus minus viginti requirebantur. — Ita quod supra posui sublatum praetorium a Constantino coniunctum esse cum institutis vel potius reformatis protectoribus, videor mihi satis comprobavisse et rei militaris reformationem Constantinianam ita aliquatenus elucidavisse.

Restat altera causa protectoris creandi in lege Valentiniani, quae varia itinera ad protectoratum ducentia ingenue admodum declarat, ita significata, ut protectoribus veteranis opponantur protectores facti *vel suffragio vel potentia vel gratia*. Potuit addi *vel natalibus*; certe a. 364 lege (C. Th. 6, 24, 2) sanctum est, ut domesticorum filii et propinqui impuberes statim inter domesticos referrentur itaque iusta aetate impleta hoc loco militarent. Ad id genus supra rettulimus Maximinum Galerii Caesaris sororis filium. A Constantio inde exempla abundant, propterea tantum opinor, quod eius aetatis res gestas longe accuratius et plenius traditas habemus quam per tempora Diocletiani et Constantini. Qui nominatur ab Ammiano 14, 10, 2 ad a. 354 *Herculanus protector domesticus, Hermogenis ex magistro equitum filius* nequaquam ex veterano protector factus est, nec magis Iovianus comitis domesticorum Varroniani filius, qui natus a. 331 et a. 361 *etiamtum protector domesticus* (Ammianus 21, 16, 20) post triennium primum in eorum consortio locum tenens (Amm. 25, 5, 4), miles tamen etiamtum (Themistius ad Iovianum p. 66: αἰχμοφόρος) imperator creatus est. Ipse Ammia-

[1]) Tituli legionariorum saeculi tertii in praetorium translatorum, quos composuit nuper Oscar Bohn (*über die Heimat der Prätorianer*. Berolini 1883 p. 13), stipendiorum numeros adscriptos habent hos (urbani sunt omnes et sexto volumine comprehensi): X: n. 2697; IX: n. 2437; VI: n. 2605. 2672. 2772; V: n. 2673; IV: n. 2785. 2977; II: n. 2601 (cf. n. 2758). Ipsam translationem Bohnius censet post Severum raro tantum usu venisse sine causa; nam qui ex militia minus honorata ad altiorem gradum pervenerunt, saepenumero de illa silent, ut centuriones facti de gregalibus stipendiis; item evocatos cum constet omnes in ordine meruisse, longe plurimi eorum evocationem solam ponunt. Sane verisimile est gratiam multum in translatione valuisse, neque omnes praetorianos antea in legione meruisse contendo; sed iure id mansisse Constantiniana quoque reformatione confirmatur.

nus *ingenuus*, ut ipse ait (19, 8, 6), natus c. a. 330 protector domesticus (15, 5, 22) per a. 353—357 officia publica executus est.

Quos supra adlegavi nobiles sunt originis Romanae. Pari modo alienigenas, Germanos maxime labente saeculo militiam Romanam suscepisse insigni exemplo declarat titulus Treverensis n. 35. Is enim quinto fortasse saeculo, certe non ante quartum positus est adulescenti ex gente regia Burgundionum oriundo[1]) Hariulfo, qui defunctus est protector domesticus annum agens vicesimum primum. Multi sine dubio ex Germanis in re publica Romana eorum temporum summos honores militares adsecutis simili modo per protectoratum cursum honorum ingressi sunt.

Hoc modo ad protectoratum evecti cum iam Valentiniani lege illa pro loco quinquagenos solidos solvere iuberentur protectoribus veteranis gratis creatis[2]), consentaneum est tempore procedente veteranos protectores exolevisse et protectoratum venalem factum non tam nobilitate et gratia parari quam pecunia. Res quo pervenerit saeculo sexto, diserte explicat Procopius hist. arc. 24: *εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι τῶν ἐν παλατίῳ πολλῷ ἀξιώτεροι, ἐπεὶ καὶ πλείω τὸ δημόσιον αὐτοῖς χορηγεῖν εἴωθεν, ἅτε καὶ μείζω καταθεῖσι τοῦ τῆς στρατείας ὀνόματος τὰ τιμήματα, οἱ δὴ δομέστικοί τε καὶ προτήκτορες ἐπικαλοῦνται καὶ ἀνέκαθεν ἀμελέτητοί εἰσι πολεμίων ἔργων· τάξεως γὰρ καὶ προσώπου ἕνεκα μόνον ἐν παλατίῳ εἰώθασι καταλέγεσθαι.* Id cum a calumniatore proferatur licet non pro vituperio (Iustinianum enim non ob corruptam militiam reprehendit, sed ob debita militibus illis stipendia fraude intercepta), verum esse ipsae leges declarant. Ita Iustinus imperator (C. Iust. 2, 7, 25, 3) beneficii causa fisci patronis ius tribuit singulis annis singulorum domesticorum equitum peditumque nominandorum, ut pro singulis bina solidorum milia 'nihilque amplius' comitibus eorum dependant.

Stipendium protectori multo largius datum esse quam militibus reliquis ex supra dictis colligitur et ex ipsa re satis patet. Antiquum stipendium sestertium ducenorum et ipsum fortasse aliquamdiu duravit ut durare potuit re nummaria tota mutata, scilicet in dignitatis vocabulum conversum. Diu tamen ne hoc quidem mansit; nam posteriore aetate protectores ducenariorum vocabulo amplius non utuntur. Id redit opinor ad institutionem fortasse Constantii scholae agentium in rebus, cui et pars officiorum tradita est antea

---

1) *Regalis gentis Burgundionum*, id quod in titulo legitur, respondet locis Ammiani 16, 12, 23 seq.: *ductabant populos* (Alamannos) *Chnodomarus et Serapio excelsiores ante alios reges .. hos sequebantur potestate proximi reges numero quinque regalesque decem et optimatum series magna armatorumque milia triginta et quinque* (similiter 17, 12, 9: *Zizais etiam tum regalis.* 18, 2, 13: *reges omnes et regales et regulos.* 27, 10, 1: *Alamannus regalis Rando nomine;* cf. 17, 13, 24). Explicat vocabulum grammaticus de differentiis apud Hagenum anecd. Helvet. p. 277: *inter regem et regalem hoc interest, quod regius puer est 'regalis', 'rex' qui regit regnum* (sic enim verba legenda et distinguenda esse apparet ab editore parum intellecta). Cf. Waitz *deutsche Verfassungsgeschichte* 1[3] p. 305.

2) Redit idem, cum protectores ad officium promoventur: veteranis datur immune, a promotis gratia (ii enim aperte intelleguntur) sportulae exiguntur (C. Th. 7, 20, 13).

a protectoribus administratorum et proprium quodammodo factum vocabulum ducenariorum (p. 125 adn.).

Dignitatem protectores in universum perfectissimatus videntur habuisse, qui adscribitur in titulo n. 26. Decem primi tamen utriusque ordinis ex lege a. 414 (C. Th. 6, 24, 7 cf. 8. 9) et alii quidam (6, 25, 1) clarissimatum obtinuerunt, qui adscriptus est in titulo n. 36. — Ut notariatus maioris dignitatis cum tribunatu, ita inferioris ordinis notariatus cum protectoratu legitime coniunctus fuit; id quod et titulus n. 34 testatur et constitutiones anni 381 C. Th. 6, 10, 2. 3. Ibi enim cum notariatus tres gradus enumerentur, scilicet qui exeant cum honore aut proconsulatus aut vicariatus aut consularitatis, primo et secundo loco constituti *tribuni et notarii* dicuntur, tertio *domestici et notarii.*

Officio protectorum quamquam hac quoque aetate divini lateris custodia comprehendebatur et saepenumero tamquam speciale protectorum privilegium memoratur ius purpuram sacram adorandi, id est ipsum imperatorem adeundi, magis custodia ea scholaribus commissa est, et vere ob aliam causam protectores instituti esse videntur, scilicet ut munera publica capesserent, interim autem, donec caperent, publica negotia secundum iussa principis exequerentur. Utrumque egregie explicat qui ipse protectorium locum tenuit Ammianus 16, 10, 21: *provectis e consortio nostro ad regendos milites natu maioribus adulescentes eum* (Ursicinum magistrum militum per Orientem) *sequi iubemur, quidquid pro re publica mandaverit impleturi;* addi potest alter locus 15, 5, 22 de eodem Ursicino misso magistro militum in Gallias *tribunis et protectoribus domesticis decem, ut postularat, ad iuvandas necessitates publicas ei coniunctis.* Eiusmodi mandata exequentes protectores cum passim reperiantur, quaenam ea mandata fuerint exponere nihil attinet. Promotos autem esse protectores domesticos Ammianus ait *ad regendos milites.* Scilicet fiunt alii praefecti legionis, ut facti sunt duo in titulis n. 30. 43 memorati, alii tribuni, ut qui nominatur apud Ammianum 18, 3, 5 ad a. 359 *Valentinus ex primicerio protectorum tribunus* (cf. item 30, 7, 3), itemque ait lex a. 432 (C. Th. 6, 24, 11 = C. Iust. 12, 17, 2) primicerium eorum tribunatum accipere solere. Accuratius ne haec quidem persequemur, cum pendeant a quaestione non facili de cursu honorum militarium qui fuit saeculo quarto.

Hoc autem non praeteribimus, quamquam intellegenti per se patet, totius instituti Constantiniani causam et rationem hinc pendere. Scilicet postquam senatores et omnino nobiliores a temporibus inde Gallieni militare desierunt, duces fere ex gregalibus sumebantur; et passim ea aetate primipilares similisque condicionis veterani inveniuntur provecti ad honores maiores. Eorum igitur seminarium protectores sunt veterani, nimirum destinati, ut ait Ammianus militibus regendis. Alterum autem genus protectorum, sive id Constantinus ipse adiecit sive filii eius, eo redit, quod Constantiniana aetate nobiles rursus admissi sunt ad militiam interdictione Gallieniana ita temperata, ut tam veteranis ex gregalibus quam nobilibus hominibus milites regendi permitterentur. Et quamquam postea res eo deducta est, ut pro-

tectores natalibus claris potissimum crearentur fisci ditandi causa, graviter errabit qui eorum admissionem ipsis vocabulis ducum militumque testatam ad abusum solum trahet neque in ea agnoscet consilium vere imperatorium et cum rei publicae reformatione perficienda coniunctum, ut nobiles homines neque soli eam administrarent neque ab ea arcerentur. Tenemus igitur in hoc instituto rem gravissimi momenti et rerum scriptori, scilicet eo nomine digno, utilissimam; ipsam ut exequamur, tenuitas commentariorum horum epigraphicorum non admittit.

Protectoratus ex castrensi aulicus factus sui dissimilis ita fere evasit, ut dissimiles fuerunt Zeno et Anastasius Diocletiani et Constantini. Sed ea rei militaris mutatio, cuius haec protectorum pars est, utrum etiam protectorum vocabulis et institutis vestigia sua impresserit, quaeritur. Tituli tres duo ex sepulcreto Concordiensi saec. V incipientis [1]) erudérati n. 27 *protectoris de numero armigerorum* et n. 59 (vide infra) *domestici de numero Batavorum seniorum* tertiusque ex Asia n. 24 *protectoris numeri Martensium* anni 518 quos proposuerunt protectores domesticos non comitibus domesticorum parentes, sed relatos ad numeros certos, de iis auctores legesque huius aetatis tacent, quodque dixi duos illos edens (C. V p. 1059) protectores hos longe discedere a notis praeterea neque satis de iis liquere, adhuc verum est. Fortasse ad hos respiciens Iustinianus in legibus C. Iust. 2, 7, 25, 3 et 12, 17, 4 protectores domesticos vulgo notos nominat *domesticos praesentales*.

In regno Italiae quod Theodericus formavit ut pleraque alia instituta Romana etiam protectores domesticos mansisse auctor est Procopius [2]) confirmantque epistulae Cassiodorianae; nam et comitum domesticorum eo tempore inter illustres numeratorum in iis adsunt formulae [3]) et primicerii eorum, qui iam domesticus appellatur κατ' ἐξοχὴν item ad illustrissimatum evectus [4]),

---

[1]) Certe eo ducunt quicumque tituli in eo sepulcreto reperti sunt cum anno adscripto (C. I. L. V p. 1058), neque adsentior Rossio (*Bull. cristiano* 1874 p. 142) titulos tribuenti epochae posteriori.

[2]) Hist. arc. c. 26: Ἰταλίαν Θευδέριχος ἑλὼν τοὺς ἐν τῷ Ῥώμης παλατίῳ στρατευομένους αὐτοῦ εἴασε, ὅπως τι διασώζοιτο τῆς πολιτείας τῆς παλαιᾶς ἴχνος, μίαν ἀπολιπὼν σύνταξιν ἐς ἡμέραν (= singulas annonas diurnas) ἑκάστῳ· ἦσαν δὲ οὗτοι παμπληθεῖς ἄγαν, οἵ τε γὰρ σιλεντιάριος καλουμένος καὶ δομέστικοι καὶ σχολάριοι ἐν αὐτοῖς ἦσαν, οἷς δὴ ἄλλο οὐδὲν ὑπελέλειπτο ἢ τὸ τῆς στρατείας ὄνομα μόνον, καὶ ἡ σύνταξις αὕτη ἐς τὸ ἀποζῆν ἀποχρῶσα μόλις αὐτοῖς, ἅπερ ἐς τε παῖδας καὶ ἀπογόνους Θευδέριχος αὐτοὺς παραπέμπειν ἐκέλευσε. Hoc ita videtur accipiendum esse protectoris filio in idem corpus recepto secundum legem a. 364 (supra p. 135) non suum stipendium datum esse, sed successionem solam paterni.

[3]) Var. 1, 10: *domestici patres equitum et peditum, qui nostrae aulae videntur iugiter excubare .... nobis supplicatione conquesti sunt, ab illo arcario praefectorum pro emolumentis sollemnibus nec integri ponderis solidos percipere et in numero gravia se dispendia sustinere. Patres* vocabulum varie temptatum ideo adiectum est, quod domestici filii salario carent.

[4]) Formula comitivae domesticorum est var. 8, 12, comitivae domesticorum vacantis var. 2, 15. 6, 11.

et ipsarum scholarum duarum mentio fit equitum et peditum stipendium ex publico accipientium[1]). Appellantur solo domesticorum vocabulo; protectorum apud Gothos non reperitur.

E contrario apud Vandalos domestici qui certum in re publica locum obtineant nulli reperiuntur[2]). — Francici regni domestici[3]) si quidem expressi sunt ad rem publicam Romanorum, ad protectores domesticos imperatoris redigantur necesse est; poteruntque aliquo modo comparari militibus illis aut propter stipendia emerita aut propter genus insignibus selectis ad regia iussa exequenda. Sed quidquid instituto Romano proprium est et formae certae, ut sunt comites domesticorum et equitum peditumque scholae aliaque plura cum apud Francos non inveniantur, e contrario cura villarum praediorumque regiorum tam Francicis domesticis propria sit quam a protectoribus domesticis Romanis aliena, equidem crediderim hos originis esse Germanicae et vocabulo tantum Latinos.

Domestici de quibus egimus cum propterea ita appellentur, quod versantur in domo imperatoris (C. Th. 6, 24, 8), de domesticis privatorum quaedam addenda sunt, quoniam ii et ipsi inter officia certa et publica recepti ambiguitatem generant, cuius qui fortasse haec curabunt videntur admonendi esse.

Officia publica qui administrant, iis praeter officiales mercede conductos adsunt comites ordinis honestioris, qui licet operam dent in re publica administranda et propterea iam liberae rei publicae aetate de publico salarium accipiant, vere neque officiales sunt neque magistratus, unde Notitia Dignatium utrosque recensens hoc genus plane omisit. Propius tamen ad magistratus accedunt; unde corpora iuris (Dig. 1, 22; Cod. Theod. 1, 35; Cod. Iust. 1, 51) de iis agunt in fine tractatus de magistratibus publicis populi Romani. Inter adiutores eos cum per multum tempus nullus emineat et certum in re publica locum teneat praeter adsessorem, postea duo alii ad hunc accedunt domesticus et cancellarius; quo pertinent tituli modo citati utriusque codicis *de adsessoribus, domesticis et cancellariis.* Et ut cancellarium omittamus, domestici huius[4]) ex matriculis quae supersunt una meminit

---

[1]) Var. 10, 11 (cf. 12): *primiceriatus qui et domesticatus nominatur ab indictione XIV tibi conferimus dignitatem.* Vide supra p. 137.

[2]) Nam quod rex Geisericus cum quodam ex proceribus loquitur *praesentibus episcopis atque domesticis suis* (Victor Vitensis 1, 6, 19), aperte aulici saeculares ita significantur, similiterque accipiendi sunt domestici ibidem 1, 11, 35 et 2, 7, 24. Alio loco 3, 27 = 5, 4 idem vocabulum iam sublatum est utpote interpolatum.

[3]) De iis plene exposuit Waitzius *deutsche Verfassungsgeschichte* II[3], 2 p. 45 seq.

[4]) Egit de domestico hoc Gothofredus ad C. Th. I, 12 (iam 35) et in paratitlo et ad l. 3 solita doctrina, non solita felicitate. Conferri poterunt item interpretes ad Ammianum 15, 6, 1.

ab imp. Anastasio ad ducem Libyae Danielem data[1]) his verbis: *καθ' ἕκαστον ἔτος [παρέχονται] . . . ἐκ πάντων τῶν ἀριθμῶν . . . διαφόροις κατὰ τὴν ἀ[ξί]α[ν] π[ροσ]ώπ[ο]ις . . . οὕτως· συνκαθέδρῳ τοῦ περιβλέπτου δουκὸς νο(μίσματα) ροδ'· δομεστίκῳ τοῦ αὐτοῦ νο(μίσματα) ρκϛ'* (vel *ρκγ'*)· *καγκελλαρίῳ τοῦ αὐτοῦ νο(μίσματα) κδ'* (vel *ροδ'*). Quem locum tenuerit, non facilis indaginis est; crediderim tamen eum proprium fuisse eorum qui milites regunt. Sane domesticos sensu latiore, familiares dico in domo versantes, potentior quivis habuit nec statim ubi domesticorum ita mentio fit legitima vocabuli significatio admittenda est[2]). Certa autem exempla domestici illius adsessori comparandi quantum vidi continentur in re militari[3]). Habuerunt domesticos magistri militum, ut Silvanus a. 355 apud Ammianum 15, 6, 1; Aspar a. 431 apud Procopium bell. Vand. 1, 4: *ὁ δὲ τῶν ἀπορρήτων Ἄσπαρι ἔφη κοινωνὸς εἶναι· δομέστικον δὲ τοῦτον τῇ σφετέρᾳ γλώττῃ καλοῦσι Ῥωμαῖοι*; Belisarius Solomonem ib. 1, 11: *Σολόμων, ὃς τὴν Βελισαρίου ἐπετρόπευε στρατηγίαν· δομεστικὸν τοῦτον καλοῦσι Ῥωμαῖοι.* Plures domesticos magistrorum militum adiutores apud Byzantios scriptores inventos composuit Ducangius in glossario Graeco s. v. Item habuerunt domesticum magister officiorum (Ammianus 30, 2, 11); comes domesticorum (Nov. Theodosii II 21 = C. Iust. 12, 29, 1); dux Libyae (Daniel supra citatus et Vitalianus, de quo mox); dux Sardiniae (C. Th. 9, 27, 3 a. 382). Addi poterunt opinor ex institutis Theoderici *domestici comitis Gothorum nec non et vice domini* (var. 5, 14), *domestici comitum* accipientes praeter annonas sex annuos solidos ducentos auctoque deinde stipendio ducentos quinquaginta (var. 9, 13); certe et salarium eo ducit et vice domini appellatio recte convenit domestico nostro. Commendat praeterea eam coniecturam, quod constitutionis a. 417 (C. Th. 8, 1, 16 = C. Iust. 1, 51, 6) ad Vitalianum ducem Libyae datae verba *nemo de numerariis tui officii seu domesticis vel scriniariis sive adiutoribus* Iustinianus commutavit ita: *nemo de domesticis ducum vel comitum militarium, officiis eorum connumeratus;* nam ut scripturae primitivae domestici nullo modo accipi poterunt de domestico constitutionis Anastasianae, ita quae Tribonianus interpolavit et recte ad eum referuntur et id ipsum quod supra posui enuntiant. —

---

1) C. I. Gr. 5187; Paulus Krueger *zur Kritik des Iustinianischen Codex* p. 191; optime Z. a Lingenthal in actis acad. Berolinensis minoribus 1879 p. 137. — Aetatis Iustinianae matriculae quotquot supersunt (composuit eas Krueger l. c. p. 138) tam praefectorum praetorio et praesidum quam ducum domesticum non habent.

2) Ita quem domesticum suum supra p. 133 vidimus appellare Symmachum, Firmus sine dubio ita accipiendus est (cf. idem ep. 2, 71); neque aliter accipiemus in lege a. 380 (C. Th. 3, 6, 1) *administrantium filios nepotes propinquos participes domesticosque*, item fortasse in coniuncta lege C. Th. 8, 15, 6 et in tertia 6, 28, 3.

3) Inveniuntur sane constitutiones quae cum ad domesticos hos videantur referendae esse, ut C. Th. 1, 35, 3 = Cod. Iust. 1, 51, 8 et C. Iust. 1, 51, 3. 4. 9, generaliter eos iudicibus, id est praesidibus adscribunt. Titulum corporis Theodosiani qui huc pertinet si integrum haberemus, certius omnino de domesticis iudicaremus. — A matriculis ducum, quos per Africam Iustinianus constituit (C. Iust. 1, 27, 2), quod domesticus abest, factum esse potest ad impensas officiorum minuendas.

Sed ut haec video ulteriore examine indigere neque fortasse domestici privatorum iidem fuerunt aetate Constantini et aetate Iustiniani, ita quae exposui sufficient ad declarandam diversitatem quae intercedat inter imperatoris protectores domesticos et domesticos magistrorum ducumque. Sed tamen tituli solum domestici nomen habentes, quorum quos collectos habui subieci:

54. Agrecius domesticus vixit annos XXXIII. — Christiani. Viennae. C. XII, 2103 = Leblant n. 685.
55. Εὐστάθιος δομέστικος. — Cyrrhi. C. I. Gr. 8897.
56. Φιδήλιος δομ(έστικος). — Smyrnae. Anni 533. C. I. Gr. 9276.
57. Fl. Alatancus domest. — Christiani. Concordiae. C. V, 8738.
58. Flabius Abus domesticus. — Christiani. Masculae. C. VIII, 2272.
59. Fl. Carpilio domesti(cus) de num(ero) Bat(avorum) sen(iorum). — Christiani. Concordiae. C. V, 8743.
60. Fl. Faustinianus v(ir) d(evotissimus) dom(es)t(icus). — Anni 423. In agro Florentino. Eph. Flor. 1767 p. 299 = C. XI, 1731.
61. ὁ λαμπρ(ότατος) δομ(έστικος) Ἰωάννης. — In Galatia. C. I. G. 9253.
62. Leo ex domestico. — Anni fortasse 411. Salonis. C. VI, 2656.
63. ἐπὶ Ἰανουαρίου τοῦ ἐνδοξοτάτου πατρικίου ἐκτίσθη καὶ Παύλου τοῦ λαμπροτ(άτου) δομεστίκου. — Corinthi. C. I. Gr. 8824.
64. σῆμα [δ]ομεστίκου Φιλίππου (natus in Galatia, vixit a. XXXIII). — Christiani. Romae. C. I. Gr. 9579.

ita comparati sunt, ut ad utrum genus referas plerumque ambigas. Nam domestici nomen ubi subiunctum est alteri hominis maioris dignitatis, ut n. 63, intellegitur sine dubio is de quo modo egi; e contrario *domesticum de numero Batavorum seniorum* n. 59 vix erit qui secernat a *protectore de numero armigerorum.* Itaque de reliquis anceps iudicium est.

XXXVI. EVOCATI AVGVSTI.

De protectoribus qui disputat, cogitatione necesse est perpetuo recurrat ad evocatos; protectores enim et evocati etsi nullo modo re coniuncti sunt nec minus diversi quam Augustus dissimilis Constantini, nihilo minus eo nomine recte comparabuntur, quod utrique medii sunt inter militiam gregalem et ducatum et ita medii, ut tam evocati quam protectores non tam certa munera subeant quam iussa principis quaecumque sunt pro re exequantur. Ita non inepte illi commentariolo observationes quaedam adiungentur de evocatis Augusti. Sed cum de protectoribus post Iacobum Gothofredum nemo paullo diligentius disseruerit, de evocatis autem nuper data opera in ephemeride Herma vol. 14 (1879) p. 321 seq. egerit Iohannes Schmidt noster, hunc locum diversa ratione tractabimus. Is enim cum pleraque perite et diligenter explanarit, satis habebo exponere, si quid mihi deficere visum est vel aliter se habere, in plerisque ad eum remittens. Laterculum evocatorum Schmidtius non adiecit, sed quae composuit adsumptis iis quae singillatim infra adnotabuntur pro re sufficere videntur.

Evocatorum condicio quae fuit ante Augustum cum titulis parum illustretur[1]), tota praeteriri non potest, quoniam si quid video Schmidtius eam non recte definivit et ita instituti fundamenta pervertit. Nimirum tria genera militiae quae antiqui auctores fuisse tradunt, sacramentum tumultus evocatio[2]) rectius redigentur ad duo, militiam scilicet legitimam iussu publico susceptam et susceptam sponte eius qui militat. Legitime ad militiam cives vocantur aut dilectu, quo sacramento rogantur[3]), aut tumultu, quo coniuratio fit; differunt autem duo genera eo, quod miles factus sacramento

[1]) Spectat ad eos ex titulis quos habemus, praeter notum Campanum X, 3886 legionarii Caesariani *leg(ione) VII evocati*, Minturnensis X, 6011: *Q. Ancharius C. f. Pol. Narbone(n)s(is) eques evocatus annor. nat. XXIII ala Scaerae*, nullo modo is aptandus ad evocatos institutos ab Augusto, Caesarianus miles fortasse et ipse (cf. b. G. 3, 20: *multis viris fortibus Tolosa et Narbone nominatim evocatis*), ut Scaeva quoque, sub quo praefecto meruit, fortasse est M. Caesius Scaeva notae fortitudinis centurio (Caesar b. c. 3, 53; Valerius Maximus 3, 2, 24 cet.) et propterea magnis donis donatus (Caes. l. c.; Cicero ad Att. 14, 10), fortasse etiam equo publico et praefectura alae. — *Ala* autem in hoc titulo id significat, quod deinde significare solet, neque habemus opinor eius usus testem hoc titulo antiquiorem.

[2]) Tradunt haec commentatores Vergiliani ad Aen. 2, 157. 7, 614 et Terentiani ad Eun. 4, 7, 2 et Isidorus orig. 9, 3, 53—55, hic illic errantes, sed in summa re pendentes ex tralaticia divisione optimae auctoritatis.

[3]) Dilectui utrum sponte se offerant milites an mereant coacti, perinde est; nam iubentur militare illi quoque sacramentoque rogantur tam ultro milites facti quam coacti. Itaque voluntarii qui dicuntur nullo modo confundendi sunt cum evocatis; immo ex dilectu hoc sensu veniunt quicumque merent in legione aliove corpore militari iure recepto. — Utrum Romae dilectus fiat an regionatim per conquisitores, ad ius militiae nihil facit, nec recte Schmidtius evocationem rettulit ad dilectum per conquisitores institutum.

militia non solvitur nisi missione, miles factus coniuratione solvitur militia ipso iure tumultu finito. Iussis militare his opponuntur qui arma capiunt rogati, scilicet in subitis periculis qui evocantur, id est ad arma vocantur a cive cui animus est et auctoritas [1]) verbis 'qui rem publicam salvam esse velint se sequantur'. Haec fundamenta ut per universa liberae rei publicae tempora aequabiliter manserunt, ita militia rogata, olim angustis finibus circumscripta et aliquando fortasse non admissa nisi extrema necessitate, posteriore tempore eo potissimum crevit, quod coeperunt duces non tam ex causa publica, quam privato nomine ad militiam invitare, ut modo nominatim amicos et necessarios compellarent, modo per edictum certa hominum genera, maxime qui apud se aliumve sibi coniunctum ducem antea meruissent, ad militiam recipiendam vocarent. Ex eo genere militum ut per bella civilia magna ex parte exercitus omnium partium constituti sunt, ita principatu instituto eiusmodi evocationes exoleverunt. Vetustam legem, quae ut id fieret periculum publicum tantummodo requirebat, cum ipsa libera res publica quodammodo sustulisset, militia privato rogante suscepta sub principatu nullo modo manere potuit; scilicet qui eum fundavit etsi primas legiones, quibus praefuerat, hoc ipso quasi iure privatus compararat evocatis veteranis paternis, eo minus permittere potuit id ipsum alii ut facerent. Potuit sane princeps cives ut iubere militare, ita rogare, et vere reperiuntur duo triave exempla invitationum eius generis ad milites qui fuissent a principe derectarum [2]). Sed rarissime id factum est cum ob alias causas tum fortasse quod secundum antiquam consuetudinem evocati ita ad certum corpus redigi non potuerunt neque legiones cohortesve per evocationem ullo

---

[1]) Magistratus ut sit iure non requiritur, immo magistratus ubi similiter ad arma vocat, plerumque evocationi substituitur tumultus. Inde maxime pendet, quod evocatus dicitur non miles esse, sed pro milite. In pristina evocatione iusiurandum nullum requiri ex his colligitur; eo quoque nomine evocati a militare iussis differunt, quod nullum iis ius est in stipendium certum neque in legione vel cohorte aliqua merent neque certos duces habent. Stipendium tamen extra ordinem sine dubio semper acceperunt idque saepe auctum, neque improbabile etiam iusiurandum ab iis aliquando exactum esse iubente ita imperatore.

[2]) In exercitu Tiberii a. 759 bello Pannonio meruerunt plura quam decem veteranorum milia, quibus cum opponantur et legiones alae cohortes et voluntarii, sine dubio intelleguntur evocati. — Claudius quod ad bellum Britannicum certos viros evocavit, ut tribunum militum Aventicensem inscr. Helv. 179, fortasse fecit aemulans liberae rei publicae consuetudinem. — Praetorianos a Vitellio missos Vespasianus invitavit ad militiam reciperandam (Tacitus hist. 2, 82) et extat titulus unius eorum urbanus C. VI, 2725 (egi de eo Herm. 14 p. 32), qui postquam missus est honesta missione ex cohorte IX praetoria *revoc(atus) est ab imp(eratore)*. — Denique Lugduni extat titulus (Orell. 3580) secundi saeculi, ut recte ait Schmidtius p. 331, veterani legionis XXII, qui *missus honesta missione, castris inter ceteros conveteranos suos revocitus bello interfectus obiit.* Haec omnia ad evocatos Augusti nullo modo pertinere et per se patet et inde confirmatur, quod in titulo modo citato urbano revocatio haec in castra et evocatio proprie sic appellata una nominantur tamquam diversae. — Evocati Galbae (Suet. c. 10) sui tantum similes sunt.

modo effici; a qua formatione cum res militaris magis magisque penderet, in subitis belli aliae viae quaesitae sunt et inventae.

Sed evocati antiquae rei publicae cum sub principibus raro inveniantur, inter nova instituta rei militaris quae fecit Augustus locum suum obtinet corpus urbanum evocatorum Augusti. Utrumque genus recte a Langio et Marquardtio distinctum quomodo Schmidtius contendere potuerit iure non differre, non perspicio. Recte sine dubio Dio significat ex evocatorum manu, quam secundum antiqua instituta Caesar filius post patris caedem ad arma vocaverat, profectos esse evocatos qui Augusto postea adfuerunt et ad eius exemplum principibus omnibus; nam invitabantur ad militiam tam hi quam illi, et mansit nomen. Sed evocati antiqui certum bellum suscipiunt, quo finito ipso iure solvuntur, evocati Augusti militant sine termino certo. Illi extra ordinem merent et causa finita esse desinunt; horum militia ordinaria est corpusque perpetuum. Illi proprie rei gerendae destinati sunt, hi officia quaedam civilia potissimum administrant. Ad illam militiam invitantur quoscumque imperatori placet invitare, ad hanc certa aliqua militia honeste perfuncti. Itaque iam videamus, novos evocatos quibus legibus principes formarint.

Evocati Augusti[1]) instituti sunt ab Augusto[2]) ut reliqua fere corpora militaria quae consistunt in urbe Roma.

Miles ut evocetur, requiruntur stipendia legitima expleta in corpore militari urbano vel suburbano[3]). Comprehunduntur eo nomine corpora haec.

1) Cohortes praetoriae utpote et ordine et numero primum inter corpora militaria urbana longe maximum numerum evocatorum dederunt. Ita ex militibus CXCI, qui in praetorium recepti sunt a. 143/4, militia finita evocati facti sunt XIIII; ex militibus CXIII, qui militia eadem videntur soluti esse a. 209, evocati VIII[4]).

2) Ex cohortibus urbanis qui profecti sint evocati longe minore numero reperiuntur; scilicet inter milites qui in iis militare coeperunt per

---

[1]) De vocabulo recte exposuit Schmidtius p. 352. Nomen Augusti perraro adsumunt (Orelli 153. C. X, 5064); is enim honos reservatur fere maioribus, praesertim legatis provinciarum. Graece vocabulum retinetur (Eph. II n. 352) idque ipsum significat Dio 45, 12, quamquam addit posse Graece appellari ἀνακλήτους eoque nomine deinde utitur 55, 24. 78, 5.

[2]) Praeter Dionis testimonium 55, 24 id comprobat titulus Praenestinus evocatorum qui extant facile antiquissimus Orell. 153 (cf. vol. X p. 777): *Sex. Iulius S. f. Pol. Rufus evocatus divi Augusti, praefectus I cohortis Corsorum et civitatum Barbariae in Sardinia.* Possis tamen dubitare annon hic (pariter atque Scutarius Suetonii Aug. 56) ad evocatos antiquiores pertineat, cum praesertim et vocabuli forma (v. not. 1) et promotionis ordine (v. p. 153 not. 4) ab evocatis Augusti aetatis posterioris aliquatenus recedat. Sed tamen cum titulus scriptus sit sub Tiberio, magis credo recentiorum unum esse, institutum autem evocatorum fortasse primo tempore paullo diverse ordinatum fuisse.

[3]) Quae sequuntur egregie exposuit Schmidtius.

[4]) C. VI, 2379. Eph. IV n. 896. Numeravi, ut debui, eos homines solos, quibus aut officium adscriptum est aut nullum constat adscriptum fuisse.

biennium 197. 198 numero CXCIX, militia finita evocati facti sunt tres [1]), nec praeter eos huius originis evocati plus tres adhuc innotuerunt [2]).

3) Misenates cum castra in urbe habuerint, et ipsi ad evocationem admissi sunt, sed raro; nam unum adhuc novimus evocatum ex classe [3]).

4) Id ipsum fortasse dicendum est de militibus legionis II Parthicae a Severo inde tendentis in monte Albano [4]).

Praeter hos qui in urbe tendebant equites singulares non videntur admissi esse ad evocationem. In provincia autem constituti exercitus nullum umquam evocatum dederunt neque alae cohortesque [5]) nec legiones civium Romanorum [6]). — Ita qui stipendia sui quisque ordinis legitima emeruerunt, si ita placet et ipsis et principi (hoc enim sine dubio mansit, ut evocatus nemo fieret nisi invitatus, nemo item invitus), non mittuntur, ut evocati fiant, sed pro missione evocationem accipiunt [7]). Invitatos esse consentaneum est eos potissimum, qui merito vel gratia in gregali militia eminuissent et inter principales locum sibi fecissent; unde saepissime inveniuntur beneficiarii praefectorum praetorio vel signiferi qui fuerunt deinde facti evocati [8]). Sed certa lex in ea re non apparet neque obtinuisse verisimile est. Dignitate evocatus gregalem praecedit, infra centurionem est,

---

[1]) C. VI, 2384 + 3884.

[2]) C. VI, 2870. 2893 (cf. infra p. 150). Inscr. Helv. 78.

[3]) C. X, 3417.

[4]) C. VI, 793 anni 244.

[5]) Huebnerianum supplementum tituli Britannici C. VII, 435 Schmidtius p. 335 recte reiecit.

[6]) Nam mero errore tam meo quam aliorum Nonius Datus veteranus legionis III Augustae relatus est inter evocatos propterea, quod in epistula C. VIII, 2728 procurator Numidiae ad eiusdem provinciae legatum sic scribit: *misisti ad me Nonium Datum evocatum uti tractarem cum eo de operibus,* scilicet non condicionem hominis enuntians, sed hoc significans se invitasse eum, quem iubere venire non posset. Evocati ex legione nulli inveniuntur; de evocatis legionis infra dicetur.

[7]) Ita qui militare coeperunt in legione II Parthica a. 218 militia finita a. 244 titulum C. VI, 793 dedicant *h(onesta) m(issione) missi et evok(ati).* Ita restituendum esse videri quod traditur INHIS|Ↄ ET EVOK ibi adnotavi; quod receperunt editores *in his [v]et(erani) evok(ati)* quid significare possit nescio. Similiter a. 166 Lambaese aram (*recueil de Constantine* a. 1882 p. 382) dedicarunt *centuriones et veterani leg. III Aug. qui militare coeperunt* a. 140. 141, scilicet qui post expleta stipendia aut missionem accipiebant aut centuriones interim facti missione non utebantur. Non obstat titulus supra p. 142 n. 2 citatus praetoriani a Vitellio missi, revocati a Vespasiano et deinde evocati facti; nam missio cum sublata sit revocatione, evocationi locus est. Veteranus evocatus non magis est quam qui stipendia emeruit centurio; *veteranus evokatus* quod semel legitur (X, 3417), abusive dictum est pro veterano ex evocato, ut *veteranus signifer, veteranus centurio* in titulis male conceptis aliquoties invenitur.

[8]) Praeter ea quae composuit Schmidtius p. 340 conferri poterunt quae Cauerus luculenter exposuit Eph. IV p. 466 de principalium promotione.

sed proximus ei, ut et vitis insigne utrique commune sit et adeo abusive ipse centurio appelletur[1]). — Stipendia quoque vel potius salaria (nam stipendiorum vocabulum evocati evitant) ad centurionica proxime accessisse dubitari non potest. — Pro praemio militari evocato datur corona aurea[2]) pariter atque centurioni; torquium armillarum phalerarum, sine quibus centurioni corona dari non solebat, in evocatis exemplum nullum inveni; cuius differentiae causa infra explicabitur. — Corpus evocati effecerunt proprium, σύστημα ἴδιον, ut diserte ait Dio, confirmatque auctor de castris metandis c. 6 evocatis in pedatura quidem cohortium praetoriarum locum adsignans, sed ut item appareat eos iis iure non comprehendi. Confirmat denique egregie titulus C. VI, 1009 M. Aurelio Caesari tum dedicatus ab exercitu urbano civium Romanorum, ubi *evocati* suo loco collocantur post centuriones praetorianos et urbanos et statorum, ante milites centurionibus illis parentes. Qui obstare videbantur laterculi cohortium praetoriarum et urbanarum enumerantes inter reliquos milites evocatos, tanquam et ipsi pariter atque signiferi et optiones in ipsis cohortibus militarint, ab iis iam Bormannus nos liberavit, postquam in hac Ephemeride IV p. 317 egregie docuit laterculos eos certe plerosque spectare ad missionem[3]); ita enim si qui pro missione ad militiam maiorem transibant, eam consentaneum est et ipsam adscriptam esse, intellegiturque iam non solum cur evocatio in iis diligentius perscripta esse videatur quam officia principalium[4]), sed etiam cur centurionatus legionarius similiter adscriptus inveniatur[5]). Idque ipsum quamquam intervidit et quodammodo praecepit Schmidtius p. 351, invento ad hunc scrupulum eximendum non est usus. Quod res requirit et vere aliter esse non potuit, ut evocati ex antiquis numeris tollerentur redacti ad pro-

---

[1]) Haec omnia recte Schmidtius p. 341 exposuit, nisi quod p. 345 (cf. p. 338) in titulo VI, 2662: *Valerius Taurus miles cortis VII pretorie centurio evocatus* iusto profundiora quaesivit, cum aperte homo *nationatu Panonius* balbutiat.

[2]) Henzen 6767. Evocatus Augusti *donis donatus bis corona aurea torquibus phaleris armillis ob triumphos belli Dacici* a Traiano (C. III, 6359) sine dubio priore bello Dacico gregalis merens donatus est torquibus phaleris armillis, altero evocatus donatus corona aurea.

[3]) Difficultatem faciunt tituli duo pariles C. VI, 212. 213, quos a. 181 geniis centuriarum duarum praetorianarum dedicaverunt centurio, *item evocati et milites*, quorum nomina adscripta esse dicuntur, iam vero desiderantur. Eos Bormannus l. c. p. 320 rettulit ad milites qui tum in ea centuria essent omnes, idque flagitat praeter verba ipsa etiam anni imparilitas (cf. Bormann l. c. p. 318); sed ita evocati quoque ad centurias illas rediguntur, in quibus numerari iam desierant. At potest responderi milites, qui centuriae eius olim fuissent et ita ex ea exiissent, ut neque militare desinerent neque urbem relinquerent, non absurde in re sacra ad milites adiungi in eadem centuria eo tempore merentes.

[4]) Nam in laterculo VI, 2386 tribus hominibus evocatio adscripta est, officium nulli.

[5]) In laterculo cohortium urbanarum VI, 3884 II, 1 adscriptum est: *7 leg. XVI F. f.* Adscriptum VI, 2381 (*a* III, 2) *c. leg.* significabit cornicularium legionis simileve officium.

prium sibi, id quae in titulis observatur evocatorum ad cohortes relatio confirmat, modo universa testimonia coniuncta recte expendas, id quod non fecit Schmidtius (p. 347). Scilicet inter titulos evocatorum, quorum mihi praesto sunt centum fere et quinquaginta, longe plerique aut evocati nomen solum ponunt aut, ubi et evocationem et cohortem enuntiant, eas separant modo ad hoc exemplum: *militavit cohorte illa annos tot, evocatus fuit annos tot*[1]), modo et etiam frequentius ad hoc: *evocatus, miles cohortis illius.* Utrumque ubi iungitur, aliquoties simul significatur militiam praecessisse, evocationem secutam esse[2]); cohortis autem vocabulum genetivo casu ad evocatum adiungentes titulos qui expendit numero paucos et labentis linguae omnes, non dubitabit ad abusum referre[3]). Itaque hinc quoque stabilitur, quod supra posuimus, evocatum non in cohorte meruisse, sed extra eam in corpore separato.

Quo numero evocati fuerint, Dio (55, 24) ait nescire se, neque nos coniectura eum adsequi potuimus; nam ex supra positis etsi intellegitur ex missiciis praetorianis, quos solos fere in computum venire dubium non est, decimum tertium quemque evocatum factum esse, non solum ignoramus, quot homines ex corpore illo ad missionem pervenire soliti sint, sed ignoramus item id, a quo tota res pendet, per quot fere annos evocati in sua condicione manserint. Non ita paucos fuisse suadet titulorum multitudo comparata exempli gratia cum raris titulis duarum centuriarum statorum; sed copia illa rursus non ex numero solo pendet, sed ex officiorum genere quoque et condicionibus vitae.

Evocatos paruisse praefectis praetorio inde potissimum colligitur, quod quidam eorum iique honoratiores adscribunt apud praefectos eos se militavisse[4]), et eorum quoque, qui officium non enuntiant, aliquot aiunt me-

---

[1]) C. VI, 2440. 2530. 2725 cet. Haec sollemnis et optimae aetatis formula sola sufficit ad deficiendum locum evocati; nam evocatus si in cohorte mansisset, ita scribi non debuit.

[2]) *Evoc(atus) Augusti sal(ariorum) VI . . . profecit ex coh. V pr.* (Romae C. VI, 2589). — *[Ev]ok(atus) ex sp[e]clato[re] eqq. praet.* (Aquinci Eph. ep. II n. 618). — Similis est, sed perturbatus VI, 3419, cui nollem Schmidtius (p. 347) tantum tribuisset: *Aur. Iulianus evok(atus) ex b(e)n(e)f(iciario) salarior(um) VIIII chor. III . . . nat. Dacia;* bonus Hungarus scribere debebat *evocatus salariorum VIIII ex beneficiario cohortis III praetoriae.* — *Evocatus Aug. ex praetor(io)* (Trallibus III, 446); *evok. ex coh. II pr. p. v.* (Romae VI, 2462); *evoc. Aug. ex coh. IIII pr.* (Romae Orell. 6775); *veter. evoka. ex cl. pr. Mis.* (Miseni X, 3417). De usu praepositionis vide quae supra p. 128 observavimus.

[3]) Quos inveni hi sunt: urbani quinque VI, 2495 (*evk., nat. Dacus*). 2526 (*pret.*). 2626 (*cho. VII pre. p. v.*). 2870 (Christiani). Eph. IV n. 921 (*coh. IIII pre. p. v.*); Salernitanus X, 115 (*evocatus cortis tertie pretorie*); Tergestinus V, 543 (*evok. Aug. n. coh. VIIII praet. p. v. Severian.*, scriptus igitur sub Alexandro); Collipponensis anni 167 (Eph. ep. I p. 44 n. 139). Praeter ultimum in provincia longinqua scriptum saeculi tertii omnes sunt et soloecismis abundant.

[4]) Sunt hi *evocatus Augusti a quaestionibus praefectorum praetorio* et *evocatus maioriarius praefectorum praetorio,* de quibus infra dictum est; plane certus neuter est.

ruisse se in castris praetoriis [1]). Signum autem evocatorum et dux et proprie principales nusquam comparent, nisi quod unus invenitur *optio evoc(atorum), salar(iorum) curat(or) ab indicib(us)* [2]) sive (idem enim officium videtur significari) *evocatus Augusti ab indicibus* [3]), neque tamen is inter evocatos summum locum obtinuit, cum post optionatum ad aliud officium item evocatorium promotus esse inveniatur, et sic recte comparari poterit fisci curatori praetorianorum et urbaniciorum creatus sine dubio ad salaria collegis pernumeranda. In tanto titulorum numero tantaque in his rebus ambitione defectus ille cum casui tribui nequeat, iure inde colligemus neque signum evocatis Augusti commune ullum fuisse neque ducem communem, id quod fere retinuerunt ex evocatis antiquis [4]) et est sine dubio inter causas, cur evocati potissimum et ipsi vocitentur. In castrorum forma quoque iunguntur cum primipilaribus imperatorem comitantibus, quos pariter duce et signo suo caruisse verisimile est.

Quam ob causam evocatos Augustus instituerit et quibus officiis functi

---

[1]) C. VI, 2772: *Aur. Mestro ex evok. qui mil. in l(egione) an. VI, in cast. praet. an. XXI ... v. ann. XXXVI* (immo *XXXXVI*). Anni XXI omnino comprehendunt tam stipendia gregalia in praetorio quam evocativa. Sed ei titulo sui generis unico nec aetatis bonae non multum tribuendum est. Magis huc pertinet dedicatio supra p. 145 citata; nam cum in ea post praefectos praetorii enumerentur tribuni militesque tam praetoriarum cohortium quam urbanarum itemque statores et evocati, absint autem vigiles, classiarii urbani, equites singulares, verisimile est illos numeros eo nomine coniungi, quod parebant praefectis praetorio. Id etiam ad urbanas cohortes quodammodo pervenire vel inde colligitur, quod iure unum corpus cum praetorianis faciebant; crediderimque fere ut in Africa, ubi legio III Augusto legato ita parebat, ut certum numerum hominum ad proconsulem deputaret, ita in urbe Roma cohortibus civium Romanorum praefectos certum numerum earum deputasse praefecto urbi.

[2]) Titulus Ravennas Bormanno visus (C. XI, 19 = Orell. 3464) sic est: *M. Apicio T. f. Cam. Tironi p(rimi)p(ilari) leg(ionis) XXII primig(eniae) p(iae) f(idelis), praef(ecto) leg(ionis) XIII gem(inae, centurioni) leg(ionis) XV Apoll(inaris), evoc(ato) a comment(ariis) cust(odiarum), optioni evoc. salar. curat. ab indicib., patron. mun. Raven., pontif.* Alterum *evoc.* deleri iussit Schmidtius p. 342 not. 344 not., fortiter magis quam prudenter. Idem tamen recte me reprehendit ob reiectam interpretationem Orellianam *salarii* vel potius *salariorum curatoris* defensam omnino comparatione fisci curatoris apud praetorianos. Sed quod gravissimum est, optio neque nude procedere potest neque inter evocatorum vocabulum bis repetitum interpositus ab iis recte separari; praeterea ipsa vocabuli repetitio ita optime explicatur, ut non evocatus bis ponatur, sed distinguatur evocatus cum adiecta determinatione ab optione evocatorum.

[3]) C. VI, 3414: *L. Antistio L. f. Sab. Quieto evoc. Aug. ab indices.*

[4]) Appianus b. c. 3, 40 enarrans evocationem veteranorum paternorum post dictatoris caedem a filio institutam ἦγεν, inquit, ἐς μυρίους ἄνδρας οὔτε ὡπλισμένους ἐντελῶς οὔτε συντεταγμένους πω κατ' ἴλας, ἀλλ' ὡς ἐς μόνην τοῦ σώματος φυλακὴν ὑφ' ἑνὶ σημείῳ. *Antonium praefectum evocatorum* suorum memorat Cicero Ciliciae proconsul ad fam. 3, 6, 5. Evocati quales tum erant ut nec signis nec ducibus plane carere poterant, ita re magis habebant quam iure et quidquid de iis traditum accepimus, luculenter ostendit ordinationem legitimae militiae ad eos nullo modo pertinuisse.

sint, auctores non tradiderunt, ut quidquid de ea re statui possit, aut ex universi instituti condicione et proprietate colligendum sit aut ex auctorum locis paucis titulisque item non multis, qui in singulis evocatis officium enuntiant vel indicant. Cum constet saepenumero evocatos promotos esse ad centurionatus[1]), adhuc credidimus illud corpus tamquam seminarium fuisse centurionum; sed haec ut alia tralaticia multa de re militari Romanorum vere fundamento carent, possisque pari iure contendere tribunos militum institutos esse propter procurationes. Immo obstat non solum, quod praeter evocatos etiam ex principalibus optiones et magis etiam cornicularii legitime ad centurionatum promoventur[2]), sed multo magis, quod ita nulla causa apparet, cur urbani milites soli ad evocationem admittantur. Nam quamquam centuriones certe legionarii maxime labente aetate magna ex parte ex militia urbana provenerunt, qui in legione in ordine merebant a centurionatu nullo tempore arcebantur[3]), nec facile rerum peritus admittet Augustum seminarium centurionum legionariorum ita condidisse, ut urbanae militiae soli pateret. Quam ob rem etsi evocatorum corpus multos dedit, qui centurionatum in legione caperent, ipsum sine dubio ob alias causas institutum est. Eae ut intellegantur, colligenda sunt quae de singulis evocatorum officiis supersunt testimonia, videndumque num inde aliquid efficiatur quod ad ipsum corpus perveniat[4]).

1) *Evocatus Augusti ab actis fori* repertus est in titulis Auximatibus duobus C. IX, 5839. 5840, *evocatus in foro ab actis* in Atellano X, 3733.

2) *Evocatus a comment(ariis) cust(odiarum)* invenitur in titulo supra p. 148 n. 2 relato invento Ravennae; conferri potest C. Th. 9, 3, 5: *ad commentariensem receptarum personarum custodia observatioque pertineat* cum adnotatione Gothofredi. — Vononi regnum Parthorum adfectanti et rege eorum Artabano petente Pompeiopolim in Cilicia relegato custodiae causa Remmium evocatum appositum esse Tacitus narrat (ann. 2, 68 cf. 61).

3) *Evocatus Augusti a quaestionibus praefectorum praetorio* est in titulo

[1]) Schmidt p. 345; cf. Cauer in hac Eph. IV p. 480. Dio 78, 5 inter coniuratos in Caracallae caedem nominat Iulium Martialem ἔν τε τοῖς ἀνακλήτοις στρατευόμενον καὶ ὀργὴν οἰκείαν τῷ Ἀντωνίνῳ ἔχοντα, ὅτι ἑκατονταρχίαν αἰτήσαντι οὐκ ἐδεδώκει.

[2]) Cauer l. c. p. 471. 475. Optiones tamen num sollemniter ita promoveantur, non sine causa in dubitationem vocavit. Qui ad centurionatum ex loco inferiore perveniunt, ut signiferi et beneficiarii, eos saltu promotos esse verisimile est.

[3]) Magnopere desiderandum est, ut colligantur documenta de condicionibus centurionatus, dico de origine stipendiisque ante factis quaenam leges apud Romanos per diversa tempora in usu fuerint ut explicetur.

[4]) Notae VI, 2379 III. 57: EVO B et IV, 51: EVOC B quid significent, ignoratur. *Evocatus beneficiarius* defendi non potest nisi ut id abusive scriptum sit pro *evocato ex beneficiario;* sed cum in eodem laterculo recte scriptum sit *evoc(atus) ex sig(nifero)*, in hunc certe id non cadit.

urbano, si quidem recte utrumque coniungitur[1]), *evokatus Augusti a questionibus* in Clusino Orell. 3503.

4) *Architectus armamentarii imperatoris* evocatus eo officio per annos XXIII functus nominatur C. VI, 2725; hoc enim significant verba: *fact(us) evoc(atus) Aug(usti), arcitect(us) armament. imp., evoc(atus) ann(os) XXIII.*

5) *Evocatus Palatinus* tituli Britannici C. VII, 257 Huebnero et Schmidtio creditur idem atque solitus evocatus Augusti, mihi occupatus aliquo modo in cura palatii custodiendi vel reficiendi.

6) *(Agri) mensor* evocatus memoratur in sententia, qua proconsul Macedoniae Q. Gellius Sentius Augurinus (C. III, 586) fines terminavit inter Lamienses et Hypataeos *adhibito Iulio Victore evocato Augusti mensore.* Item apud Hyginum gromaticum p. 121 Lachm. refertur *quidam evocatus Augusti, vir militaris disciplinae, professionis quoque nostrae capacissimus* quid fecerit, *cum in Pannonia agros ex voluntate et liberalitate imp. Traiani Augusti Germanici adsignaret.*

7) *Evocatus maioriarius* et supra p. 27 n. 38 legitur in titulo Tyanensi et in altero urbano C. VI, 3445: *[M. U]lpio M. f. [Ma]rciano evok. [mai]oriario prae[f. pr.] mesorum,* ubi cum spatium vix admittat substantivum aliud ante ultimum vocabulum, fortasse nominatus fuit *maioriarius mensorum.* Agri mensores utrum significentur an annonarii, dubium est, illud tamen probabilius. *Ex maioriario* dicti qui inveniuntur C. IX, 1084. 3350, et ipsi fortasse evocati fuerunt.

8) *Evocati legionis* nominantur vel certe possunt significati esse in titulis qui sequuntur[2]).

a) In laterculo C. VI, 2379 militum in praetorio probatorum a. 143 et 144 duobus hominibus (VI, 27. 36) adscriptum est *evoc. leg.*

b) P. Tarrutenius Stel. Proculus Taurinis evocatus legionis II adi(utricis) stip(endiorum) XLVI. Aquinci (C. III, 3565).

c) T. Vibius Rufinus evo(catus) in leg(ione) XVI F. f. Romae[3]).

d) Faonio Paterno titulus positus est in urbe C. VI, 2893 *ex evokat(o), qui se probavit ann. XVII, militavit coh. XI urb. ann. XIII,*

---

[1]) C. VI, 2755: *militavit 7 coh. II vig. evoc. Aug. a quaestion. pr. pr. speculator Aug. in coh. X pr.* Potest, ut fecit Cauer p. 421, comma *a quaestionibus pr. pr.* iungi cum eo quod sequitur *in coh. X pr.;* sed simplicius referetur ad comma praecedens commendatque id maxime titulus Clusinus.

[2]) His scriptis nuntiavit Poullius Constantinensis Lambaese repertum esse laterculum positum M. Aurelio *ab ordinibus et centurionibus et evocato legionis III Augustae,* qui deinceps enumerantur; evocatus perscriptus est omnium postremus. Intellegitur inde singulis legionibus singulos evocatos attributos esse. Laterculus prodibit in proximo annali societatis Constantinensis.

[3]) C. VI, 627: *Silvano s. T. Vibius Rufinus coh. IIII [pr.] 7 Log.* AL·PO·F·G· *evo. in leg. XVI F. f. vo. l. s. m.* Post centurionis nomen, sub quo meruit Rufinus in cohorte IIII, quid significetur, parum constat, nec satisfacit quod ibi proposui *a libellis praefecti, optio, fisci curator.*

pavit leg. X gem., vixit ann. LVIIII. Itaque is miles factus annorum XVII in cohorte XI urbana meruit a. XIII, deinde evocatus factus pavit legionem X geminam, donec missus est; deinde ex evocato obiit annos natus LVIIII [1]). Haec quamquam eo nomine a solitis recedunt, quod Paternus non post XX demum legitima stipendia, sed post XIII ad evocationem admissus videtur esse, nihilo minus ostendunt eum evocatum frumentum legioni cuidam subministravisse.

e) *Mar. Marcellus med(icus) sub c(ur)a(gente?) P. Va[l(erio)] Praesent(e) evok(ato).* Aquinci (C. III, 3413).

f) *Marti et Minervae Augg. sacrum Aur. Gaius evok(atus) scolae suae v(otum) s(olvit) l(ibens) a(nimo).* Lambaese (C. VIII, 2636).

g) Fortasse addi poterunt *salariarii* legionis duorum titulorum Brigetionensium, C. III, 4308 = Eph. II n. 877: *Aur. Eutyche(s) sal(ariarius) leg(ionis) s(upra) s(criptae)*, scilicet I adiutricis, et Eph. II n. 886: *Ulpius Celerinus salariarius leg(ionis) I adi(utricis) p(iae) f(idelis) Antoni(nianae).*

Postquam supra ostendimus ex legione nullum evocatum processisse, iam intellegitur evocatos quosdam in administratione rerum legionis versatos esse. In vocabulo formando etsi *evocatus legionis* meliore auctoritate nititur quam *evocatus cohortis,* tamen genetivum hunc quoque evitant qui diligentius loquuntur et aut evocatum dicunt in legione aut alio modo sententiam formant, scilicet quod vere evocatus is qui res legionis curat non est legionis ipsius ut miles et centurio. In iis negotiis fuisse curam frumenti titulus Paterni diserte enuntiat, potestque fortasse comparari, quod in libello de castris metandis praeter evocatos etiam primipilares similem stationem in castris habent, eos autem notum est a quarto inde saeculo frumentum ad castra transmittendum curavisse. Reliqua fere posita sunt in coniecturis incertis. Scholam aliquam legionis III Augustae cur suam appellet evocatus Lambaese consistens, adhuc explicari non potest, nec magis cur medici legionis dicantur sub cura evocati legionarii fuisse. *Salaria* cum evocatorum quodammodo propria sint et stipendiis militum centurionumque opponantur, qua de re statim dicetur, *salariarius* autem recte appelletur qui salarium accipit ut mercennarius qui mercedem, iure opinor cum titulos eorum edebam salariarios legionis evocatis aequiparavi, eaque coniectura iam postquam intellectum est legionibus singulis evocatos singulos attributos esse aliquantum firmatur.

Haec fere sunt quae de evocatorum muneribus ad nos pervenerunt. Ut officia diversa sunt et sine dubio magna ex parte pendent ex iussis pro re iniunctis, ita unum habent commune, scilicet nullum in iis reperiri vere castrense et ad rem gerendam quod pertineat; immo versantur omnia in re-

[1]) Schmidtius p. 336 titulum non recte interpretatus est.

bus forensibus et civilibus, nimirum quatenus eae militarem vel quasi militarem operam aut requirunt aut certe admittunt, ut in carcere custodiendo et quaestionibus exercendis, in negotio mensorio, in alendis exercitibus. Neque casu evenisse, quod singula ad civilem administrationem potissimum ducunt, inde comprobatur, quod hoc sumpto proprietates corporis eius recte explicantur.

Anni evocationis quamquam non raro cum annis tam militiae caligariae quam centurionatus connumerantur et diversis illis militiis functus dicitur militavisse annos tot, stipendiorum vocabulum legitime ad evocationem non pertinet[1]) quique annos evocationis numerat, aut ait evocatum se fuisse annos tot[2]) aut numerat *stipendia evocativa*[3]) aut denique *salaria*[4]). Hoc cum observabam, erravi inde id repetens, quod salarii verbum honestius sit quam stipendium; nam centurioni quoque, qui evocato honoratior est, non salaria dantur, sed stipendia scilicet centurionica. Immo explicatio inde petenda est, quod salarii vocabulum hac certe aetate civile est ut stipendii militare, et usurpatur fere de adsessoribus et professoribus et medicis. Itaque certum id indicium est evocatos ut iure milites, ita re versatos esse in officio non militari.

Quod de stipendiis obtinet, fortasse ad caligam quoque pervenit. Sane caligati gregales sunt; at *militia in caliga*, quantum vidi, nusquam opponitur centurionatui, sed soli evocationi[5]), neque inepte statuetur centurionem et ipsum caliga usum esse, evocatum calceo communi et inde eam locutionem derivari.

Neque aliam ob causam opinor evocato, cum dona militaria accipit, corona sola datur (p. 146), non adduntur quae ob rem manibus gestam tam gregali quam centurioni dari solent torques armillae phalerae.

Duce quoque cur evocati caruerint, id quod factum esse supra vidimus, iam explanatum est.

Denique cum origo evocatorum ex exercitu urbano supra exposita sit, nunc eius rei causa reddi potest. Nam cum aetate imperatoria permulta negotia vere indolis civilis et olim a cingulo aliena per milites administrarentur[6]), res ita temperata est, ut arcerentur ab iis milites provinciales;

---

[1]) Duos titulos repperi C. VI, 3411 et X, 3417 infimi ordinis utrumque stipendia gregalia et evocativa communi stipendiorum vocabulo connumerantes, annos evocationis qui stipendia nude appellet nullum.

[2]) C. VI, 2440. 2448. 2530. 2725. Orell. 3547.

[3]) C. VI, 2578, ubi opponuntur *stipendia militaria.* Brambach 717: *stip(endia) XLVI, milit(aria) XVI, curatoria veteran(orum) IIII, evocativa III,* praeterea centurionica. — Stipendia post missionem, quae contraria sunt, non recte Schmidtius p. 334 effecit ex titulo Africano C. VIII, 2961, annos vitae cum stipendiis confundens.

[4]) C. VI, 2495. 2589. 3419.

[5]) C. VI, 2440. IX, 5840. Orell. 1646. Supra p. 57 n. 148.

[6]) Quaenam ea fuerint hoc loco ego non exequar; sed ipsa res digna est quae diligenter tractetur, exponatur scilicet, exempli causa in re mensoria vel frumentaria principes quos adiutores adhibuerint et quatenus militare officium ad negotia illa sua natura nequaquam castrensia translatum sit.

itaque versantur in iis fere milites militiae urbanae et omnium maxime ex praetorio. Quae autem supra exposuimus de officiis per evocatos administratis, eorum pleraque ita comparata sunt, ut non tam proprie evocatorum videantur quam communia militiae urbanae universae. Egregie Schmidtius animadvertit (p. 341) evocatum quendam (C. VI, 2454) in caliga etiamtum libratorem meruisse, ut in hoc evidenter officium non ab evocatione coeperit, sed per evocationem stipendiis expletis continuatum sit. Similiter evocatus ille vir militaris disciplinae, cuius gromaticus auctor meminit, artem suam non evocatus didicit, sed per militarem disciplinam ad eam institutus in eodem loco stipendiis emeritis permansit. Et ut uno verbo rem complectar, haec mihi videtur causa esse instituti evocatorum Augusti, ut qui per militiam urbanam ad rerum publicarum partes per militares viros tum potissimum administratas instituti et formati essent, vel post stipendia expleta in eadem condicione, loco tamen ut par erat honoratiore, aucto quoque salario et insignibus centurionicis exornati retinerentur. Inter privilegia militiae urbanae et maxime praetorianorum (nam ad reliqua genera evocationem iure magis vidimus quam re pertinuisse) hoc sine dubio non ultimum fuit; nam in legione qui merebat vel in auxiliis neque ad vitem pervenerat, stipendiis expletis, quantum apparet, cum vellet militiam continuare non poterat, sed praemiis veteranorum contentus esse debuit; veterani condicionem ut aliquatenus evitare possent, solis praetorianis concessum est[1]). Centurionatum eos fere eiusmodi condicioni praetulisse[2]) nec raro etiam post pauca stipendia evocativa vitem obtinuisse monumenta testantur[3]); sed non desunt evocati qui per multos annos, quot in vera militia vix umquam offenduntur, in evocatione permanserunt[4]). Legitimum finem ut militia habet, ita non habet evocatio; scilicet qui cum possit mitti, invitatus sponte sua remanet, non ad certum aliquem numerum annorum se obligat (certe eiusmodi militiae apud Romanos nullum indicium reperitur), sed in perpetuum

---

[1]) Vexilla veteranorum milites comprehendunt dimissos et praemia expectantes, neque ullo modo cum evocatis recte comparari poterunt; nam evocatio est missionis recusatio et continuatio stipendiorum itaque evocatus contrarium veterani.

[2]) Hoc quoque sine dubio saepe accidit, ut qui in praetorio merebat et instante missione non ad ordinem quidem pervenerat, sed ab ordinis spe prope aberat, interim evocatus fieret, donec locus ei fieret vitis impetrandae. Militi legionario, quantum nobis scire datum est, nisi ante missionem ad centurionatum pervenerat, annis impletis nullus locus patuit, quo eum expectaret. Hoc respectu aliquatenus defendi poterit recepta opinio evocatorum corpus seminarium quoddam fuisse centurionum.

[3]) Supra p. 149 n. 1. Per saltum promoti evocati inveniuntur ad tribunatum cohortis C. VII, 953. 974, ad praefecturam supra p. 144 n. 2. Id cur neget fieri potuisse Schmidtius p. 345, non perspicio; sane raro evenit.

[4]) Nominatur C. VI, 3424 evocatus qui militavit a. LI, obiit a. LXXVII, fortasse in officio. Parem stipendiorum numerum alibi vix reperies; quamquam centuriones stipendiorum XLVIII et L (v. huius Eph. IV p. 236) ad evocatum hunc prope accedunt. Addi poterunt evocati salariornm XXIII (C. VI, 2725) et XXVII (C. VI, 2495). Cf. item p. 150 sub 8 *b* et p. 152 n. 3.

ita, ut tam promotionis quam missionis arbitrium apud imperatorum sit[1]). Itaque qui non promoventur, manent evocati, donec officio solvantur iubente ita imperatore. Veterani vocabulum ad evocatum ita missum raro et vix legitimo usu[2]) refertur, sed appellatur fere *ex evocato*, non tam quod hoc vocabulum magis honorificum est (nam veterani etiam centuriones recte, quamquum non frequenter appellantur) quam ob eandem causam, propter quam stipendiis salaria substituuntur et caligae opponitur evocatio, quod civile officium potius sustinuit quam castrense. Ne in praemia quidem veteranorum evocato dimisso ius fuisse verisimile est, cum in eorum locum quodammodo succederet officii perpetuatio cum spe ordinis coniuncta; quamquam sine dubio sive lege sive gratia effectum est, ut evocatus dimissus aliquod militiae praemium et vitae reliquae adiumentum auferret.

Evocati cum fere ex praetorianis eligerentur, iis sublatis antiquum locum in re publica retinere non potuerunt, neque tamen, ut censet Schmidtius p. 353, cum iis interierunt, sed manserunt aliquatenus, lecti scilicet ex cohortibus urbanis, etiam post urbem Romam factam Christianam[3]). Negotia tamen olim per eos curata quarto saeculo ad officia potissimum praesidum et ducum translata sunt.

XXXVII. IVSIVRANDVM IN C. CAESAREM AVGVSTVM.

Novantiqua componentur hoc commentariolo non tam illustratione indigentia quam iunctura; ipsa enim pro illustratione erit. Tabellae aeneae prodierunt duae, altera a. 1659 in Lusitania ad Tagum amnem supra Olisiponem extracta ex ruderibus oppidi raro memorati Aritii, altera a. 1881 Assi in Troade, dum Americani ibi antiqua rudera explorant; illa Latina, haec Graeca; illa notissima et saepe edita (C. II, 172 cet.), haec publici

[1]) Id ad centuriones quoque aliquatenus pervenit. Scilicet cum missionem iure postulent quicumque per certum annorum numerum in ordine militarunt, is quoque qui per eos annos centurionatum adsecutus est cum reliquis dimitti potest, nec desunt in missionum documentis quae pertineant ad centuriones (cf. C. III p. 914. 915). Sed ubi invitante principe centurio a missione abstinebat, id quod saepe factum esse apparet, condicio similis fiebat evocati, videturque militia ita suscepta iure perpetua fuisse, ut non solveretur nisi aut promotione aut arbitraria missione. Hinc omnino originem cepit corpus illud quod supra tetigimus primipilarium vacantium in comitatu imperatoris constitutorum. Nimirum centurio in officio manens missione omissa cum solito ordine ad primipilatum pervenisset, saepenumero videtur neque eum locum diu obtinuisse neque statim promotus esse, sed interim in comitatu principis retentus.

[2]) Duo exempla mihi nota *veterani ex evocato* C. VI, 3430 et *veterani evocati* (supra p. 145 n. 7) aetatis infimae sunt et auctoritate destituta.

[3]) C. VI, 2870.

iuris facta in America anno praeterito a Lawtono [1]), in hoc nostro hemisphaerio nondum quod sciam typis repetita et paucis hodie nota. Latina haec sunt scripta a. 37 d. Mai. 11:

C. Ummidio Durmio Quadrato | leg(ato) C. Caesaris Germanici imp. | pro praet(ore) |

Iusiurandum Aritiensium. |

Ex mei animi sententia, ut ego iis inimicus | ero, quos C. Caesari Germanico inimicos esse | cognovero, et si quis periculum ei salutiq(ue) eius | in[f]er[t] in[f]er[e]tque [2]), *armis bello internicivo* [3]) *| terra mariq(ue) persequi non desinam, quoad | poenas ei persolverit: neq(ue) me [neque]* [4]) *liberos meos | eius salute cariores habebo, eosq(ue), qui in | eum hostili animo fuerint, mihi hostes esse | ducam: si s[c]i[e]ns fa[ll]o fefellerove, tum me | liberosq(ue) meos Iuppiter optimus maximus ac | divus Augustus ceteriq(ue) omnes di immortales | expertem patria incolumitate fortunisque | omnibus faxint.*

[A. d.] V idus Mai[as] in | Aritiense oppido veteri Cn. Acerronio | Proculo, C. Petronio Pontio Nigrino cos., | mag(istris) | Vegeto Tallici, . . ibio . . . arioni.

Graeca scripta eodem anno haec sunt, retenta litterarum maiorum minorumque quae in aere cernitur diversitate:

Ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Ἀκερρωνίου | Πρόκλου καὶ Γαίου Ποντίου Πετρω|νίου Νιγρίνου |

ψήφισμα Ἀσσίων γνώμῃ τοῦ δήμου. |

Ἐπεὶ ἡ κατ' εὐχὴν πᾶσιν ἀνθρώποις ἐλπισθεῖσα Γαίου | Καίσαρος Γερμανικοῦ Σεβαστοῦ ἡγεμονία κατήνγελται, | οὐδὲν δὲ μέτρον χαρᾶς εὕρηκην (sic) ὁ κόσμος, πᾶσα δὲ πόλις | καὶ πᾶν ἔθνος ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ ὄψιν ἔσπευκεν, ὡς ἂν τοῦ | ἡδίστου ἀνθρώποις αἰῶνο[ς] [5]) νῦν ἐνεστῶτος, | ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τοῖς πραγματευομένοις παρ' ἡμῖν | Ῥωμαίοις καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀσσίων κατασταθῆναι πρεσ|βείαν ἐκ τῶν πρώτων καὶ ἀρίστων Ῥωμαίων τε καὶ Ἑλλή|νων τὴν ἐντευξομένην καὶ συνησθησομένην αὐτῷ | δεηθησομένην τε ἔχειν διὰ μνήμης καὶ κηδεμονίας | τὴν πόλιν, καθὼς καὶ αὐτὸς μετὰ τοῦ πατρὸς Γερμανικοῦ | ἐπιβὰς πρώτως τῇ ἐπαρχείᾳ τῆς ἡμετέρας πόλεως | ὑπέσχετο. |

---

[1]) *Report on the investigations at Assos 1881 by Joseph Thacher Clare (Papers of the Archaeological Institute of America. Classical Series* I). Boston 1882. p. 133.

[2]) IN ꟷEERII INPERITQVE exemplum melius; emendavi ego apud Huebnerum. Pro *que* requiritur *ve*.

[3]) Sic exemplum melius, non *interneciro*, noruntque periti *internicivum* formam genuinam esse.

[4]) NEQ· ME · LIBEROS traditur. Apud Huebnerum emendavi *neque liberos;* iam magis crediderim errore fabrili alterum *neque* excidisse.

[5]) Traditur ΑΙΩΝΟΥ.

Ὅρκος Ἀσσίων. |

Ὄμνυμεν Δία σωτῆρα καὶ θεὸν Καίσαρα Σεβαστὸν καὶ τὴν | πάτριον ἁγνὴν παρθένον εὐνοήσειν Γαΐῳ Καίσαρι Σεβασ|τῷ καὶ τῷ σύμπαντι οἴκῳ αὐτοῦ, καὶ φίλους τε κρίνειν, | οὓς ἂν αὐτὸς προαιρῆται, καὶ ἐχθροὺς οὓς ἂν αὐτὸς προβά[λ]|ληται. Εὐορκοῦσιν μὲν ἡμῖν εὖ εἴη, ἐφιορκοῦσιν δὲ τὰ ἐναν|τία. |

Πρεσβευταὶ ἐπηνγείλαντο ἐκ τῶν ἰδίων:

Γαῖος Οὐάριος Γαίου υἱὸς	Οὐολτινία Κάστος |
Ἑρμοφάνης	Ζωίλου |
Κτῆτος	Πισιστράτου |
Αἰσχρίων	Καλλιφάνους |
Ἀρτεμίδωρος	Φιλομούσου, |

οἵτινες καὶ ὑπὲρ τῆς Γαίου Καίσαρος Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ | σωτηρίας εὐξάμενοι Διὶ Καπιτωλίῳ (sic) ἔθυσαν τῷ τῆς πόλε|ως ὀνόματι.

Iuris iurandi Gaio praestiti auctores quoque meminerunt, sed aliqua diversitas est inter relationes eorum et tabulas supra relatas. Scilicet Dio postquam Gai res gestas in universum adumbrans quantum sororibus dederit exposuit, ut et in votorum formulam reciperentur et per eas quoque iuraretur (59, 3: *καὶ τοὺς ὅρκους τοὺς ἐς τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ φέροντας καὶ ὑπὲρ ἐκείνων ὁμοίως γίγνεσθαι*), mox ad secundum annum Gai adnotat solitum iusiurandum excluso Tiberio in acta Augusti Gaiique praestitum esse (59, 9): *περὶ δὲ δὴ τοῦ Αὐγούστου τοῦ τε Γαίου τά τε ἄλλα ὥσπερ εἴθιστο καὶ ὅτι καὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν τέκνων καὶ ἐκεῖνον καὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτοῦ προτιμήσουσιν ὤμοσαν.* Similiter Suetonius (Gai. 15): *de sororibus*, ait, *auctor fuit, ut omnibus sacramentis adiceretur: neque me liberosque meos cariores habebo quam Gaium habeo et sorores eius.* At sorores, propter quas rerum auctores iuris iurandi meminerunt, a tabulis absunt, neque non abesse poterant; nam cum Tiberius obiisset a. d. XVII k. Apr., interpositis diebus duobus et quinquaginta in angulo illo Lusitaniae oppidani ad sacramentum hoc adacti sunt, eodemque fere tempore, certe ante k. Iul., cum consules adscripti sint semestris prioris, etiam Assii iurarunt. Illud autem de sororibus adiciendis eo minus per primos novi imperii dies a Gaio institui potuit, quod aperte redit ad eius aliquod decretum edictumve, ab iis autem in imperii initiis eum abstinuisse Dio (59, 2) auctor est, tam popularem eum scribens fuisse, *ὥστε μήτε τῷ δήμῳ ἢ τῇ γε βουλῇ γράψαι τι μήτε τῶν ὀνομάτων τῶν ἀρχικῶν προσθέσθαι τι.*

Ex ea ipsa re iuris iurandi Gaiani condicio et proprietas descendunt. Scilicet sacramentum in acta principum qui fuerunt eiusque qui nunc est et in ipso imperii principio et quotannis k. Ianuariis exactum a militibus, praestitum ab omnibus[1]), quamquam auctores non tradiderunt quomodo adactum sit principe mutato, dubium esse non potest communi iure novum principem id exegisse sive per edictum publice propositum sive litteris datis

---

[1]) *Staatsrecht* 2 p. 768.

Rudera valde conspicua, quibus nomen est Gasr Mezuâr, sita ad viam, quae nunc Vaga ducit Mater, Vaga distant 13 chiliom. Descripsit ea Moinier *bull. de l'acad. d'Hippone* XVIII (1883) p. 59 seqq. Reipublicae, quae ibi constitit, *decuriones*, dum ne sint Vagenses, commemorantur n. 464 et 468, **duovir i. d.* et **curator rei publ.* in titulo quarti fere saeculi n. 466. Illi vicinum et quodammodo attributum fuisse saltum imperatorium eo probatur, quod rescriptum ad eius colonos missum ab imperatore Commodo n. 465 ibi videtur propositum esse.

463 Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in Francogallorum castris.

ΚΟΙΝω
θєω

Descripsi. Edid. de Maritan *compte-rendu de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 6.

464 Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in Francogallorum castris.

PRO · SALVTE · IMP · CAES · M · AVRELI · ANTONI
NI · AVG · ARMENIACI · MEDICI · PARTHICI · MAXIMI
GERMANICI · ET · FAVSTINAE · AVG · LIBEROR · Q · EOR ·
VICTORIAS · DVAS · QVAS . C ANNEDIVS · SEVERVS
ob HONOREM · DECVRIONATVS · C · ANNEDI · HONO
*rati se*VERI · TERENTIANI · ET · C · ANNEDI · SEVERI
. . . . ATI · FILIOR · SVOR · TAXATIS · LEGITIM
*is apud acta pro*MISERAT · C · ANNEDIVS · HON*ora-*
tus seuerus terentianus FIL · EIVS · AMP*liata pe-*
cunia posuit idemq. dedicauit l. d. d. d.

Descripsi. Ed. Vincent et Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 2 et *du 23. nov.* p. 11.

7 *taxatis legitimis* cf. tituli Zamensis supra n. 289 v. 4 seq.: *taxatione — ampliata.* [Praestat opinor *taxatis legitim(is)* [*ampliatis pro*]*miserat.* Th. M.]

465 Gasr Mezuâr in lapide alto m. 0,79, lato 0,50, crasso 0,36, litt. v. 1 — 3 m. 0,02, v. 4 seqq. 0,015. Nunc adservatur Bêdja in Francogallorum castris.

V
NSI . . . S·Ñ·P
.III ·CRI . . . . . DE NOSTRC
..CIIICONS.. ORVIVIEI SI QVANDO CEII'.. IV
.NDAS·NVLLVS·ENIM NON CVM T.PTI.VILQVAR..HOMI
.RTAMVR VBI LIBERE MORARI POSSIMV. . IV . . . . . ESTVTATVR
EBIMVS ITA TAMEN VT LICEAT CVM OPVS FVER' . . . . . AMFACII . . STR
PALEAMIN LATERIBVS DVCENDIS ET M . . . . SCOND. I . . . S
.TANIVS FELIX · P · QVINTI · F · L · OCTAVI . . . . . VARIVS·M
OFFICIA · REDEGERIS · IN POTESTATEM . . . . RVMIDEORIM
GAMVS · DOMINE PER SALVTEM ·TVAM· SVCCVRR.S·NOBIS ET
NT ARATORIAS·IIII·SARTORIAS·IIII·MESSICIAS·IIII·ET CVII ..
RVM FRVCTVM ET TABERNAE QVAE SEMPER PVBLICIS VSIBVS
.ENTI DE COMMVNE RE · M · C · SINGVLOS · MODIOS PRAEST.
T·TOTIDEM PRAESTARE DEBETIS · CAECILIO MARTI ..
*a*NTISTIO · BVRRO · COS · ITEM · EXEA I a. 181
I SI ET SECVNDVM IVSSO TVO CONT
IDM
M · IN
DVCTO

Descripsi summa diligentia et ectypum sumpsi. Ediderunt Vincent qui repperit et Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 2 seq. et *du 23. nov.* p. 12 seq., Papier denuo *bull. de l'acad. d'Hippone* XVIII (1883) p. 100 seqq.

. . *nsi* . . . *s* *n*(*oster*) *p* . . [*me*]*rita* [*s*]*acri* . . . . . *de nostro* — *con*[*si*]*torum, et si quando* . . . [patientiam abrumpemus, facile eo res deducetur, ut his saltibus secedamus ad eorum iniurias effugi]*endas; nullus enim non cum t*[*e*]*rti*[*o*] *vel quar*[*to*] *homi*[*ni* id imperatur, quod semel debet, patientiam abrumpet, nec quicquam supererit nisi ut *domum re*]*vertamur, ubi libere morari possimu*[*s; si*] *v*[ero leg]*es tutatur* [maiestas tua, non amplius ter quaternas operas praestare *deb*]*ebimus, ita tamen, ut liceat, cum opus fueri*[*t palea*]*m fac*[*ere*] *str*[*amento*] — *paleam in lateribus ducendis et m* . . . . *s cond* . . . . . *s* . . . . *tanius Felix P. Quinti f., L. Octavi*[*us Ian*]*uarius, M.* [nomen — cum hos et horum] *officia redegeris in potestatem* [*illo*]*rum. Ideo rem*[iniscaris servorum tuorum et contra conductorum iniurias nobis subvenias. — *ro*]*gamus, domine, per salutem tuam, succurr*[*a*]*s nobis et* [sacro rescripto praecipias ne ultra illi miseros colonos vexent].

[Subscriptio imperatoris:]

. . . operas ne amplius vobis impona]*nt aratorias IIII, sartorias IIII, messicias IIII et cui* . . . *rum fructum, et tabernae, quae semper publicis usibus* [inservivit — vos praestare iubeo . . . *Clem*]*enti de commun*[*i*] *re m*(*odios centum*)*, singulos modios praest*[*are* tot — *e*]*t totidem praestare debetis Caecilio Marti*[*ali* —

[*datum Romae Imp. Caes. L. Aurelio Commodo III et L. An*]*tistio Burro cos.*

Item exe[mplum epistulae .... procuratoris e. u. — ...] si et secundum iusso tuo cont[ra conductorum iniurias colonis subveni] — *id m......... m. in* — [*con*]*ducto*[*res ...*

Supplementorum quaecunque addidi non tamquam vera aut titulo proprie convenientia, sed tantum ad sententias aliquatenus illustrandas, litteris rectis exprimenda curavi.

[4 *consitorum, et si quando cella* Th. M.] — 5 [fortasse de agro sermo est modice fertili: *nullus enim non cum tertio vel quarto homi*[*nis laboribus respondet.*] Th. M.] — 6 *domum re*]*vertamur* est supplementum Mommseni, qui partem colonorum ex Italia oriundos fuisse existimat. — 7 *paleam facere stramento* cf. Plin. h. n. XVIII, 30 (72). — 8 *paleam in lateribus ducendis* cf. Marquardt, *Privatalterth.* II[1], 233. — 10 [*ubi hos et horum*] *officia redegeris in potestatem,* [*in futu*]*rum id eo rem*[*unerabitur.* Th. M.]. — 12 [cum parum verisimile sit duplo plures operas colonos hos debuisse quam Burunitanos, fortasse praestabit haec referre ad colonorum epistulam ita fere [*neve tot nobis operas imponant quot imposueru*]*nt aratorias* cet. Th. M.]

Hoc fragmentum qui legit paululum versatus in titulis Africanis fieri nequit quin meminerit libelli simillimi colonorum saltus Burunitani aucti imperatoris rescripto epistulisque procuratorum, qui ante hos tres annos in pago Sûk el-Khmîs in lucem prodiit. Accessit nuperrime tertium fragmentum (infra n. 471), repertum in pago qui hodie dicitur Ain-Zaga et pago Sûk el-Khmîs et regioni illi, unde originem ducit fragmentum supra transcriptum, vicino, quo initium rescripti imperatorii ad colonos Burunitanos pertinentis exprimitur iisdem verbis. Videmus igitur complurium saltuum Africanorum confinium colonos eodem fere tempore ac fortasse consilio inter se communicato de conductorum procuratorumque iniuriis ad Commodum libellos misisse. Quae is rescripsit, aut sola aut singulis libellis adiuncta et procuratorum de eodem negotio epistulis aucta in lapidibus incisa et in singulis saltibus in publico proposita sunt.

In hoc monumento, de quo nunc potissimum agitur, imperatoris rescriptum continetur vv. 12—16. Sequitur epistula procuratoris Carthaginiensis, ut mea fert opinio, vel certe Africani, qua is se ex iussu eius colonorum iniuriis subvenisse ad imperatorem refert. Reliqua incerta sunt. Ceterum qui hoc fragmentum cum VIII, 10570 comparabit, animadvertit colonos hos multo gravioribus oneribus astrictos fuisse quam Burunitanos; sed videas, quae ad v. 12 animadvertit Mommsen.

---

466 in lapide alto m. 0,60, lato 1,0, litt. 0,10 rep. Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in castris.

M · SEMPIIR · AVGG · T · sic
VITATIS · ET ALIOS P/
IVVANTIBVS · CL · V
OVIR///ᴧ/TOP//

Descripsi. Vincent *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 4 sic: SEMP////PRAMCI | VITALIS AVGVST | LVVANTIBVS CRV | SVIRTVS .....

[*Beatissimo saeculo dd. nn. Constanti et Constantis maximoru?*]*m semper*

Augg. *T*[. . . | . . . *ci*]*citatis et alios p*. . . . | . . . [*ad*]*iuvantibus Cl*(*audio*) *V*[. . . | . . . *du*]*o vir.* [*i. d. cu*]*r*[*a*]*tor*[*e rei publ*. . . . .

467 Bêdja in Francogallorum castris, quo lapidem transportatum esse suspicor de ruderibus Gasr Mezuâr.

pro salute dd. nn.
. . . .
. . . .
inuictissim O R V M P R I *ncipum*
PROPRIO SVMTV C *onstruxit*

Descripsi.

468 Gasr Mezuâr, nunc Bêdja in Francogallorum castris.

O IVLIANO · V · C · AM *plissimoq. proconsule*
per? . . . . . VM · EXCEPTO *rem*
D · D

Descripsi. Vincent *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 12. oct.* 1882 p. 3.

Proconsulem, qui hic significatur, Carolus Tissot *troisième rapport* p. 6 seq. conicit fortasse esse Caeionium Iulianum commemoratum in titulo Thubursicensi quem infra referam hoc: *dedicante Caeionio Iuliano amplissimo proconsule cla*[*rissimo viro*] eumque non diversum esse ab Alfenio Caeionio Iuliano Camenio praefecto urbi a. 333 et consulari Numidiae ante a. 330.

LI*b*. PAGVS THVNIGABENSIS (*Hr. Ain-Maabed*).

Nomen pagi neque apud scriptores neque in itinerariis invenitur, sed utique huc facit episcopus *Tunugabensis* qui interfuit collationi Carthaginiensi a. 411 (Harduinus conc. I, 1084*A*).

469 Ain-Maabed, *sur la route de Béja à la mer.*

au GVSTAE
s ACRVM
pa GVS THVNIGA
BENSIS

Descriptum a Vincentio edid. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1882 n. IX p. 4 et n. X p. 4; ad ectypum Tissot ibid. 1883 n. I p. 5.

3 THVNICA Vincent-Papier.

LII*a*. SALTVS BVRVNITANVS (*Sûk el-Khmîs, Aïn-Zaga et vicinia* p. 932).

470 ad n. 10570: Lapidem denuo contulerunt Mommseni caussa Alfredus Schoene, praeterea R. Cagnat et E. Fernique cf. *revue archéol.* XLI 1881 p. 94 seqq. Mowat *revue archéol.* XLI 1881 p. 289. Quae ei invenerunt in exemplo in Corpore edito corrigenda, hic referam tantum non omnia: I, 1 EIVS Mowat. — 2 |S (omissa O) Schoene. — 3 seq. RM Mowat. — II, 6 fin.
E
SVPLICANTIBV̄. [Videtur S littera, quae in codicibus non raro formatur sic ſ, supra V addita esse; ut infra bis N̄ legitur pro *non*. Primus hic titulus est et adhuc unus qui compendium librariis usitatum exhibeat in marmore incisum. TH. M.] — 11 init. |IMO — 22 init. |TO (est fortasse *cer*]*to* vel *profec*]*to*) — 25 init. |T OMNINO cet. — 32 seq. ʀET ITA TOT ᴿᴵ ut sit: *ret ita tot* [*retro*] Schoene. — III, 3 init. |ICARE
IITF
ut suppleri iubeant: *i*]*mpulit nos miserrimos homi*[*nes rur*]*sum divinae providentiae* | [*tuae suppl*]*icare* Cagnat et Fernique. — 10 INTⱯLÆ — 11 QⱯAM — 15 fin. NOS̄R/ — 17 SCRPSIⱯVS — 18 fin. HOM — 19 MNⱯⱯ Schoene. — 20 CONDVCTOR — 24 RESCRPTO Cagnat et Fernique; TVO N̄ ⱯPL/ — 25 fin. ET — 28 ⱯESTATS — 30 fin. QVIETEM/ spatium 6 litterarum ~ — 31 ⱯI — IV, 8 fin. EXIGATVR ◦ Schoene. — 14 QⱯAM Cagnat et Fernique. — vv. 16—21 videntur de industria exsculpti esse. — 28 COS/CVRA A. Schoene.

---

471 in lapide alto m. 0,53, lato 0,54, crasso 0,14, litt. v. 1 m. 0,055, v. 2 seqq. 0,045 rep. Aïn-Zaga *sur la limite des Mekna et des Ouchtettas* VINCENT; *à 30 kil. environ au NNE. de l'Hr. Dakhla* CAGNAT. Nunc Vagae in Francogallorum castris.

EXE·	IMP · CAES · M · AVRELI*us*
SAC·	COMMODVS
PRE	ANTONINVS · AVG · SARMATI
SCRI	CVS · GERMANICVS · MAXIMVS
PTV	LVRIO · LVCVLLO · ET · NOMINE · ALIO
M·	RVM PROCVRATORES · CONTEM
VNC	PLATIONE · DISCIPVLINAE ET
	INStituti mei cet.

Descripsi et ectypum feci. Ediderunt Vincent, qui invenit, et Papier *compte-rendu de l'acad. d'Hipp. du 28. déc.* 1882 p. 5 seq.; Cagnat *rapport* II p. 141 n. 234. — V. 8, quem descripsit Vincent, nunc periit.

Quae a manu sinistra minoribus litteris incisa sunt, legas: *exe(mplum)*, *sac(rum) pr(a)escriptum unci?* [fortasse est [*h*]*unc*[*e*] pro *hoc*. TH. M.]

Regio, in qua nunc est Aïn-Zaga, saltui Burunitano non solum proxima est, sed adeo videtur pars fuisse eius (cf. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) 233). Videmus igitur in vasto saltus territorio locis diversis rescripti imperatorii exempla aut sola aut una cum colonorum libello epistulisque procuratoriis ad aeternam rei memoriam et ad conductores a violentia deterrendos lapidibus inscripta et in publico proposita esse. Nam id monumentum, de quo hic agitur, quin rescriptum solum perhibuerit, pro litterarum magnitudine et ordine dubitari nequit.

LII*b*. BVLLA REGIA (*Hammâm-Darradji* p. 934. 980).

472 basis alta m. 0,86, lata 0,37, litteris saeculorum vel tertii exeuntis vel quarti rep. Hr. Hammâm-Darradji prope theatrum in rivo iacens.

aradiae R*o*S
ciae //NE//
//////E///
CALPVRNIA*e*
PVRGIL*I*AE
C Ꝗ FILIAE
P ARADI ROSCI
RVFINI SATVRN*i*
NI TIBERIANICI
PATRONAE V
NIVERSVS ORDO

Cagnat *rapport* II p. 40 n. 40.

6 *c*(*larissimae*) *p*(*uellae*).

L. Aradium Roscium Rufinum Saturninum Tiberianum, cui dedicatus est titulus Privernas X, 6439 „litteris sequioris aevi scriptus", huius P. Aradi Rosci Rufini Saturn[i]ni Tiberianici cognatum fuisse, fortasse filium vel potius fratrem, ex nominum similitudine, cui accedit litterarum forma in utroque titulo aevum inferius indicantium, haud inepte conicietur. [Nisi idem est; praenomen enim in titulo Privernate imminutum est, hic autem fortasse legendum *Tiberiani c*(*larissimi*) *i*(*uvenis*). TH. M.]

LIII. *Bordj Halâl* (p. 157. 935).

473 in lapide lato m. 2,30, alto 0,36, litt. 0,065—0,05 rep. Bordj Halâl.

*l*IBERO · P A T R I · A V G · S A C R V M · PRO SALVTE · ET · VICTO*riis*
i ΛI NERVAE · TRAIANI · CAESARIS · AVG GERM *d*A*c*. . . .
///////COSI/RCVNOSOSAS/GIISTE/IIONORISIES/IINSESESCISCIVIORINORA . . . . . .
. . . .

Exscripsi ex ectypo mihi misso a Cagnato, quod tamen non sufficit ad enucleandum v. 3; edid. Cagnat *rapport* II p. 99 n. 175.

3 rettuli ut edidit Cagnat; dispicio in ectypo in medio versu HONORAIFLO (fortasse *Honorati filio*), in fine SIGNFLORINORA.

474 ad 10590. — 4 numerus III in litura repositus est. — 5 post AVG spatium vacuum est trium litterarum deletarum. Cagnat *rapport* II p. 100 n. 177.

LIV. SIMITTHV (*Schemtû* p. 158. 935. 980).

Titulos repertos in parietinis dictis Ain-Ksira a Simitthu tribus quattuorve chiliom. distantibus septentrionem versus cum Simitthensibus coniungere consentaneum visum est.

1. SCHEMTV.

475 Schemtû in columna marmorea ex lapicidinis eruta.

SVRA III E SENECIONe II COS a. 107
EX RAT FELICIS / / / / /
N DCXIII / / / XXX
T I I N R I S

Descripsi et ectypum contuli. Edid. Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 20 n. 19 (cf. Héron de Villefosse ibid. p. 32) et Cagnat *rapport* II p. 104 n. 179.

2 fin. FELICIS AVG Ser Cagnat. — 3 N DCXLIII cet. Cagnat. — 4 FIL NRIS Cagnat, TIINRIS Del., TIINRIS ego; cf. n. 488, 5 INRI/.

2 seq. *ex ratione Felicis* [*Aug. n*(*ostri*) *s*(*ervi*)] *n*(*umero*) *DCXIII*...

476 Schemtû in marmore permagno.

R
H A D R I A N I A V G D N
N CAX CLET · FORTIVO VARIO

Descripsi ut potui titulum difficilem et ectypum sumpsi.

1 compendium idem saepe invenitur in marmoribus incisum v. c. *annali dell' Inst.* 1870 p. 176 n. 50; p. 180 n. 141, ubi Bruzza falso interpretatus est. Significat *rat*(*ionis*) cf. ibidem p. 108. — [3 fortasse *Cl*(*earchus*) *et Fort*(*unatus*) *in quarto*. TH. M.]

477 Schemtû in trunco marmoreo permagno.

HADRIANI AVG N N CCLXIII
N///I RON COS

Descripsi et ectypum sumpsi.

Fortasse *N*[*ig*](*ro*) [*et Ap*]*ron*(*iano*) *cos.* a. 117.

478 Schemtû in marmore magno in opere posito in amphitheatro.

H A D R I A N I AVG
E / C / / / / / / / / T
C A N I N I C
DVGERMCA II / /

Cagnat *rapport* II p. 110 n. 188.

479 Schemtû in marmore quadrato.

IMP ANTONINI AVG PII
N DCVI OF REGIA
ORFITO ET PRISCO COS a. 149
F C

Cagnat *rapport* II p. 105 n. 180.

480 Schemtû prope lapidicinas in marmore praegrandi.

IMP ANTONNN AVG D
N CCCXLIII *of.* REG
GALLICANO ET VETERe a. 150
F C

Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 20 n. 20 (cf. Héron de Villefosse ibid. p. 325); iterum ad exemplum Rousseli *revue arch.* XLIII (1882) p. 290 n. 55 (cf. Villefosse ibid. p. 297); Cagnat *rapport* II p. 106 n. 181, cuius exemplum expressi.

1 fin. legas [*Pii*] aut *d*(*omini*) [*n*(*ostri*)].

481 Schemtû in marmore quadrato.

IMP ANTONINI AVG PII D
N D/// OF AGRIPPAE
GALLICANO ET VETERE COS a. 150
F C

Cagnat *rapport* II p. 107 n. 183.

482 Schemtû in marmore quadrato.

IMP ANTONINI AVG PII D
N DXVII OF AGRIPP
GALLICANO ET VETERE COS a. 150
F C

Cagnat *rapport* II p. 107 n. 184.

483 Schemtû in marmore magno.

imp. antonini aug. PII D
n. . . . *of.* *a*GRIPP
*gallicano et uete*RE COS a. 150

Cagnat *rapport* II p. 107 n. 185.

484 Schemtû in marmore magno.

IMP · ANTONINI AVG PII
N CXXCIX · OF REGIA
CONDIANO ET MAXIMO a. 151
F C

Ad exemplum Rousseli Delattre *revue arch.* XLIII (1882) p. 290 n. 54; Cagnat *rapport* II p. 106 n. 182.

485 in marmore grandi in opere posito in amphitheatro Schemtû.

IMP ANTONINI AVG PII N LX OF ?*reg*
AVRELO VERO C*ae*S III E COMMODO *ii* a. 161
E C

Cagnat *rapport* II p. 110 n. 189.

---

486 Schemtû ad lapidicinas in marmore magno rudi.

N CCCV OF GENII MONTIS
IMP COMMODO AVG IIII E VICTORINO *i*I COS a. 183
CAESVRA MAXIMI PROC

Ad exemplum Rousseli ed. Delattre *revue arch.* XLIII (1882) p. 289 n. 53; Cagnat *rapport* II p. 108 n. 186 quem sequor.

---

487 Schemtû rep. *dans les déblais de l'ancienne carrière.*

. . . . MILIA X VIA . . . . VIA . . . .
*a*D QVOD OPVS · SOLA X · TRIA · MILIA · A · FISCO ACCEPTA
SVNT

Ad exemplum Rousseli edid. Delattre *revue arch.* XLIII (1882) p. 289 n. 51; Cagnat *rapport* II p. 115 n. 197.

1 EM . . . . RAVIR . . . . V Rouss.

---

488 Schemtû in lautumiarum antiquarum ingressu vivo saxo incisum.

A ☧ ω
OFF INVT
NTA · A DIO
TIMO
*a*VG ⳁ N L
5 INRI /

Descripsi. Edid. Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 26 n. 30; Cagnat *rapport* II p. 112 n. 170.

1 fin. INVE Cagnat. — 4 *a*VGⳁNT Del.; /VCENI ego mihi cernere visus sum, sed fortasse erravi. — 5 cf. 475, 4. — *Off(icina) inv[e]nta a Diotimo [A]ug. n(ostri) l(iberto).* Conferendus titulus similis repertus in metallis Sarluitianis: *incepta officina Emiliani nonis Mart(iis)* cf. *Jahrbücher d. Vereins von Alterthumsfr. im Rheinland* LVIII p. 87; de Rossi *bull. di arch. crist.* 1879 p. 54 seqq.

489 in lapide in opere posito *au barrage du pont* Schemtû litt. 0,06.

SEX CORNELIO C F*il*
QVIR FELICI PACAT*o*
*i*III VIRO VIARV*m*
*c*VRANDAR · TRI*b*
*l*ATICLAVIO LEG II*i cy*
RENAICAE PATRO*no*
COLONIAE
D D P P

Cagnat *rapport* II p. 115 n. 196.

---

490 Schemtû *dans la nécropole près de la voie romaine vers Thabarque* DELATTRE; similiter DVMARTIN. Lapidem mihi dixerunt in Belgicam abductum esse.

L · FLAMINIVS · D · F · ARN
MIL · LEG · III · AVG
7 · IVLI · LONGI · DILECTO
LECTVS · AB · M · SILANO · MIL
ANNIS · XIX · IN · PRAESIDIO
VT · ESSET · IN · SALTO · PHILOM
SIANO · AB · HOSTEM · IN · PVGN
OCCISSVS · VIXIT · PIE *sic*
ANNIS XL
H · S · E

Ad exemplum, quod misit Dumartin, ed. Tissot *bull. épigr. de la Gaule* I (1881) p. 99 n. 43; Mommsen *eph. epigr.* IV, 537; Delattre *revue arch.* LXII (1881) p. 29 n. 43.

M. Silanus Africam pro consule rexit a. p. C. 33—38. Interpretatus est titulum Mommsenus l. c.

---

491 Schemtû prope rudera pontis Traiani.

d M · S ·	D M S
*ae*MILIA	C · IVLIVS
. . VCIA	MODI*a*NVS
u i X I T	VET · LEG · II
an. X · P · M	ADIV*t*R*i*CIS
h S · E	P · VIXIT · AN
o. t. B · Q	NIS · LXVII · P · M
	H · S · E

Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 19 n. 18.

3 *a* fortasse [*Fr*]*uc*[*t*]*a* vel [*Ada*]*uc*[*t*]*a*. — *b* MODINVS traditur, MODIANVS coniecit Villefosse l. l. p. 31 seq. — 5 ADIVRCIS traditur, em. ADIVTRICIS idem.

492 Schemtû.

d. m. S
.... *na*MFAMO · VE
*teranus le*G · III · AVG
...... *p* IVS
uixit annis .. *h.* S · E

Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 25 n. 29.

---

493 Schemtû rep. inter Bagradam et lapidicinas prope amphitheatrum.

vir
L · SILICIVS · OPTA
TVS · VIX · AN · L
INTERCEPTVS
IN ITINERE
HVIC · VETERANI
MORANTES
SIMITTV · DE
SVO · FECERVNT

Ad Rousseli exemplum Delattre *revue arch.* XLIII (1882) p. 291 n. 56; Cagnat *rapport* II p. 118 n. 206.

---

494 Schemtû in sepulcreto Romano Thabracam versus sito.

et quod ......
.. *test*AMEN
to suo CVRIAE
*caeles*TIAE HS X
*m. dedi*CAVIT
B MERITO · P · P
CVRIA · CAELEST
MESVLEVM · P · SVA
ET EXVVIAS · FEC
ET · NATALI EIVS XI K
APRIL · AEPVLANTVR

Descripsi. Delattre *revue arch.* X, 2 (1882) p. 215 seq. n. 61.

1 seq. supplementa sunt Mommseni. — 4 malim [*m. n. le*]*gavit,* sed CAVIT est in lapide. — 5 *b*(*ene*) *merito p*(*ro*) *p*(*ietate*). — [8 qui scripsit *exuvias* et *exequias* permutavit. TH. M.]. — *Curia Caelestia,* quae a dea Caelesti nomen traxit (cf. Villefosse *revue arch.* X, 2 p. 248), reperitur etiam VIII, 829 in municipio Turcetano. Propter curiam cf. supra n. 307 et titulum infra relatum n. 498.

2. HR. AIN-KSIRA.

495 Ain-Ksira *à une lieue (au nord) du centre de Simittu;* Delattre; similiter Tissot.

PLVTONI · AVG
SACR
C · RVBRIVS · MATVRVS
ARAM · FECIT · IDEMQVE
DEDICAVIT · L · A · V · S

Mommseno misit Tissot; edid. Delattre *revue arch.* XLII (1881) p. 25 n. 28; Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 151 n. 253.

---

496 Ain-Ksira.

d M S
/ *sal*LVSTIVS · C · F · Q · FOR
*tun*ATIANVS COSTOB
*oci*O QVOD INTER COS
*t*O*boc.* *n*VTRITVS SIT CV
MERIiVS

Delattre *revue archéol.* XLII (1881) p. 22 n. 24; Cagnat *rapport* II p. 122 n. 216.

Costobocae gens Sarmatica apud Amm. Marc. 22, 8, 42; *Costobocci* Plin. h. n. 6, 7, 1; *Costoboci* Capitol. M. Aurel. 22. [*Costob . . . o* agnomen est primo casu positum; sequitur interpretatio *quod inter Costobocos nutritus sit.* Th. M.]

LIV*a.* *Hr. ed-Dekir.*

Rudera, quibus nomen est Hr. ed-Dekir, invenit Renatus Cagnat ad viam quae Simitthu ducit Thabracam inde 12 fere chiliom. distantia.

497 Hr. ed-Dekir.

INVICTO HERCV
LI SACRVM
PRO SALVTE
IMP · CAES · M · AV
RELI SEVERI *alexan-*
dri AVG ET IVLIAE
auitae mamaeae
AVG GEMELLINVS
RECAVVS

Cagnat *rapport* II p. 125 n. 221.

498 Hr. ed-Dekir. Lapis portatus est in museum Parisinum.

a) antica:

CVRIA · IOVIS · ACTA
V·K · DECEMBRES
MATERNO · ET · *a*TTICO COS a. 185
NATALE · CIVI*t*ATIS · QVOT
BONVM · FAVS*t*VM · FELICEM
sic PLACVIT INTER EIS ET CONVE
NIT SECVNDVM *d*ECRETVM
PVBLICVM *o*B*s*ERVARE
SI QVIS FLAM*en* *e*SSE VOLVE*rit*
D D VINI AMP III P
PANE ET SALE ET CII
SI QVIS MAGISTER
VINI AMP II
*d*D X II

b) in latere dextro:

SI QVIS FLAMINI MALEDIXER
AVT MANVS INIECERIT D D X I*ii*
SI MAGISTER QVESTORI IMP*e*
RAVERIT ET NON FECERIT D D
VINI AMP SI IN CONCILIVM
PRESENS NON VENERIT D D C
SI QVESTOR ALICVI NON N*u*
NTIAVERIT D D X I SIA
D E ORDINE DECESS*erit*

c) in latere sinistro:

SI QIS AT VINV INFEREND IER sic
ET ABALIENAVERIT D D DVPLV
SI QVIS SILENTI*o* QVESTORIS
ALIQVIT DONAVERIT ET NE*g*
*aue*RIT DD DVPLVM
*s*I QVIS DE PROPINQVIS DECES
SERIT AT MILIARIVM VI ET CVI
NVNTIATVR NON IER DDX II
SI QVIS PRO PATRE E
MATRE PRO SOCRVM *pr*
O SOCRA*m* *d* D X V I*t*EM QV*i*
PROPINOVS DECESSERIT sic
D D X IIII QVESTOR
MAIORIBVS AT FE

*p*OMPEIVS TV
I P

Contuli ectypum acceptum a Cagnato, qui edid. *bull. épigr. de la G.* III (1883) p. 175 seq. et iterum emendatius *rapport* II p. 126 seq.

a) in antica:

Curia Iovis, acta | *(a. d.) V kal. Decembres* | *Materno et [A]ttico cos.* | *natale civi[t]atis. Quot* | *bonum faustum feli[x sit]: placuit inter e[o]s et conve|nit secundum [d]ecretum* | *publicum [o]b[s]ervare:* | *Si quis flam[en] esse volue[rit],* | *d(are) d(ebebit) vini amp(horas tres), p[raeterea]* | *pane(m) et sale(m) et ci-[baria];* | *si quis magister [cenarum?, d(are) d(ebebit)* | *vini amp(horas duas) [si quis qu(a)estor],* | *d(are) d(ebebit) (denarios duos)* . . . . .

b) in latere dextro:

Si quis flamini maledixerit | *aut manus iniecerit, d(are) d(ebebit) denarios) [duos* (vel *tres*)]; | *si magister qu(a)estori imp[e]|raverit et non fecerit, d(are) d(ebebit) vini amp(horam); si in concilium* | *pr(a)esens non venerit* (magister videlicet), *d(are) d(ebebit) c(ongium);* | *si qu(a)estor alicui non n(u)|ntiaverit,* (nempe conventus collegii diem) *d(are) d(ebebit) (denarium unum); si a[liquis]|* *de ordine decess[erit et* (quaestor) *alicui non nuntiaverit* (scil. tempus exequiarum), *d(are) d(ebebit)* . . . . .

c) in latere sinistro:

Si q(u)is ad vin(um) inferend(um) ierit | *et abalienaverit, d(are) d(ebebit) duplu(m);* | *si quis silentio qu(a)estoris* | *aliquit donaverit et ne[g|ave]rit* (aut: se arcae quicquam debere, aut: quicquam se abalienasse), *d(are) d(ebebit) duplum;* | *[s]i quis de propinquis deces|serit at miliarium (sextum) et, cui* | *nuntiatur, non ierit* (nempe ad exequias), *d(are) d(ebebit denarios duos);* | *si quis* (scil. cui nuntiatum erit) *pro patre et matre, pro socrum, [pr]|o socra[m* (non ierit), *d(are)] d(ebebit denarios quinque), i[t]em [c]u[i]* | *propinqu(u)s deces[s]erit* (et ad eius exequias non ierit)|, *d(are) d(ebebit denarios quattuor); qu(a)estor* ...... *maioribus at fe* ......|... *[P]ompeius Tu*.......|.......... *id* .....

[*a* 1. Cum secundum consuetudinem decreta incipiant a loco et die, hoc voluit qui scripsit, in *curia Iovis* haec *acta* esse, ut *curia* sit aedificium id, in quo collegium, de quo hic agitur, convenire soleret; idque fuisse in agro oppidi Simitthu ex natura locorum collegit Cagnatus. Similiter Comi collegium centonariorum curiam habuit extra oppidum teste titulo C. V, 5447. Th. M.] — 5 pro *felicem* requiritur *felix sit.* — 6 in lapide est *inter eis* pro eo, quod requiritur, *inter eos,* nempe collegas. — 10 seqq. suppleatur, ut voluit Mommsenus, *p[raeterea] pane(m) et sale(m) et ci[baria]* aut *[cum calda et] pane et sale et c[ibariis]*. — 12 *magister [cenarum]* cf. Wilm. exempl. 319 v. 70. — 13 seqq. hic agi de eorum, qui in collegium intraverint, stipe aut annua aut menstrua conicit Cagnat. At enimvero neque ad eos significandos hiatus spatium videtur sufficere, neque hic constitui videtur nisi quantum quisque arcae collegii inferre debeat magistratus. Atque summam profecto parvulam etiam quaestor solvere potuit, ut cum cuius officio emolumenta quoque certo coniuncta fuerint. — 14 non plus duos tresve versus in anticae fine interiisse Cagnat inde concludit, quod latus sinistrum, cuius nullus versus plane deest, non habet nisi septemdecim. — *b* 1 seq. cf. Wilm. exempl. 319 v. 87 seq. — 2 fin. aut *II* aut *III* in lapide fuisse tradit Cagnat. — 6 *c(ongium)*. [Sed desideratur quod est *vini*, nec vocabulum alibi sic notatur, et exigua quantitas quoque displicet. Th. M.] — 8 fin. ultimam litteram aut A aut N aut M esse posse et dicit Cagnat et probatur ectypo. Interiit verbum, quo siginficaretur, puto, ordinis i. e. collegii sodalis, fortasse *a[liquis]* cf. v. 7. — *c* 3 seqq. *ne[gave]rit* supplevit Cagnat auctore Mommseno. Significari videtur multa ei imponenda, qui quaestori, ut taceat commissum suum, aliquid donaverit idque se comisisse negaverit. — 6 seqq. cf. Wilm. exempl. 319 vv. 37 seqq. — 11 seqq. *i[t]em [c]ui propin[qu]us deces[s]erit* (neque ierit accepto nuntio), *d(are) d(ebebit) denarios quattuor:* quae verba sicut etiam vv. 9—11 Cagnat ita opinatur explicari posse, ut agatur de propinquorum mortibus, quae propius ab oppido quam v. 7 dictum est acciderint. Qua opinione me iudice falsus est; nam *at miliarium VI* idem est atque *intra miliarium VI*, neque etiam difficile intellegitur, cur in vv. 9—11 multa augeatur, si propinquus qui decessit est pater vel mater aut socer vel socrus. Mihi quid velint verba allegata vv. 11—13 parum liquet. [*Propinquus* sine dubio intellegitur non quivis, sed proximus, puta gradus secundi consanguinitatis vel affinitatis; id quod satis ut explicaret scribentis infantia non permisit. Th. M.]

LIV*aa*. THVBVRNICA (*Sidi Alî Ben Kasem, El-Guela, Ksar-Um-Nayel, Hr. Mussa* p. 936).

Antiquam Thuburnicam titulo n. 10605 (infra n. 472) nunc plene lecto demonstratum est fuisse ad Sidi Alî Ben Kasem vel ad parietinas dictas Hr. Mussa, quem locum eidem titulo adscripsit Dufour ductor Francogallus; eas enim esse a Sidi Alî duobus modo chiliom. meridiem versus ait Cagnat *rapport* II p. 93. Quod oppidum idem esse reor, quod Plinius h. n. 5, 4, 29 post Simitthu et Thunusudam recenset inter oppida civium Romanorum in mediterraneo sita idque Ptolemaeus Θουβούρνικα κολώνια appellans citat post Σιμί[τ]θου IV, 3, 29 (cf. C. VIII p. 121). Itineraria cum Thuburnicam non habeant, sed in via Hippone Regio Carthaginem recensenda m. p. V interesse tradant inter mansiones Ad Aquas et Simitthu, Wilmanns (p. 157) ad illam rudera revocavit septem fere chiliom. occidentem versus a Simitthu distantia, quibus apud indigenas Hammâm nomen est, recte opinor. Ea mansio quamvis in formis, quot quidem mihi in promptu sint, non inveniatur perscripta, tamen a Thuburnica non ita longo intervallo videtur disiuncta fuisse. Tissotium, quod mansionem eam rettulit ad Sidi Alî Ben Kasem, redarguit titulus supra citatus. Pertinent autem ad Thuburnicam praeter titulos repertos ad Sidi Alî et ad Hr. Mussa item qui dicuntur inventi esse ad Ksar-Um-Nayel, cum auctore Dufourio haec rudera distent a Ghardimau chiliom. decem septentrionem et orientem versus, relati a Dudone ductore Francogallo tamquam inventi *à El-Guela*.

499 rep. Ksar-Um-Nayel Dvfovr; El-Guela Dvdon; Hr. Sidi Alî Ben Kasem Cagnat.

CONCORDIAE
AVG · SAC
T · POMPONIVS · T · F · FAB
MONTANVS · AED
$\overline{II}$ · VIR · $\overline{II}$ · QVINQ · DESIG

Exscripsi ex ectypo Dufouri quod accepi a Poullio, qui ad idem edid. *rec. de Const.* XXII (1883) p. 326 n. 73; Dudon, *comptes-rendus de l'acad. d'Hippone du 9 août* 1883 p. 14; Cagnat *rapport* II p. 89 n. 156.

3 FAB praeter Cagnatum reliqui omnes.

500 rep. Ksar-Um-Nayel Dvfovr; El-Guela Dvdon; Sidi Alî Ben Kasem Cagnat.

GENIO · COLONIAE
AVG · SAGR
/ *do*MITIVS · T · FIL · ARN
uale? NS · SVLPICIANS sic
. . . . NTIOV/
. . . .
. . . .
. . . . IIV /
. . . .
. . . .
ISPCG . . . .
. . . . . M · IVL C . . . .

Descripsi ad ectypum non bonum mihi subministratum a Poullio, qui ad idem edid. *rec. de Const.* XXII (1883) p. 326 n. 71; Dudon *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 9 août* 1883 p. 14; Cagnat *rapport* II p. 89 n. 155.

501 Sidi Alî Ben Kasem CAGNAT; *à El-Guela, à 14 kil. environ au nord de Ghardimau* DVDON.

I · GRANIVS FRV
GI · ARA · PRIAPO
DE · SVO · FECIT · MA
IORIO · SVO ·

Cagnat *comptes-rendus de l'acad.* X (1882) p. 9; idem *revue crit.* 1882 p. 180 et *rapport* II p. 87 n. 152; Dudon *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 9 août* 1883 p. 14.

1 praenomen sitne L· an T·, Cagnat in dubio relinquit.

4 MA|LORIO Dudon. [*Maioriarius* ad officium militare quod (ad IX, 1095 et in hac eph. supra p. 27) demonstravi pertinere, adiectivum iudico pariter atque *maiorinus* et *maior(i)cus*; similiter in hoc titulo *maiorius* videtur esse pro domino vel patrono. TH. M.]

502. 503 in arulis duabus sibi exadversum positis rep. Hr. Mussa.

SOLI	LVNAE
Q · ARADIVS RVFINVS	Q ARADIVS RVFINVS
COS	COS
VOTVM	VOTVM

Cagnat *rapport* II p. 93 n. 167 et 168.

P. Aradium Roscium Rufinum Saturninum Tiberianicum (? cf. ad n. 472) supra deprehendimus in titulo Bullensi n. 472, quem cognatum fuisse coniecimus Aradi Rosci Rufini Saturnini Tiberiani tituli Privernatis X 6439. Ceteri quot noti sunt Aradii compositi reperiuntur ad VI 1691—1695, inter quos tres sunt Aradi Rufini, unus praefectus urbi a. 304; alter praefectus urbi bis a. 312 et 312—313, qui forsitan etiam fasces gessit a. 316; tertius Q. Aradius Rufinus Valerius Proculus Populonius, qui a. 321 rexit provinciam Valeriam Byzacenam. Unus ex his nescio qui, fortasse alter, potest fuisse Q. Aradius Rufinus hic Soli ac Lunae vota solvens.

504 Hr. Sidi Alî Ben Kasem prope n. 10603 CAGNAT. Ghardimau BERTRAND.

DIVO M · AVRELIO
COMMODO ANTO
NINO DIVI · M · AVRELI
ANTONINI FILIO FRAT
IMP · CAESARIS · L · SEP
TIMI · SEVERI · PII · PER
TINACIS · AVG · ARA
BICI · ADIABENICI
PARTHICI MAXIMI
PATRIS · IMP · CAES
M · AVRELI · ANTONI
NI AVG *et p. septimi*
getae CAESARIS
D · D · P · P ·

Ad exemplum missum a Dudon et Guégan edid. Bertrand *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 165; Cagnat *bull. épigr. de la G.* III (1883) p. 188; iterum *rapport* II p. 87 n. 153.

505 (= n. 10605.)

Q · ANNAEVS ·
Q · F · POL · BALBVS · FAVEN
TINVS · ANN · LIII · MEILES
LEG · V · DONATVS · BIS · Ħ
VIR · THVBVRN · H · S · E · VIXIT
HONESTE · ET · TV · AVE · ARBI
TRATV · Q · ANNAE*i* CAPVLAE

Exscripsi ex ectypo Dufouri mihi subministrato a Poullio, qui edid. *rec. de Const.* XXII (1883) p. 326; postea exscripsi ex ectypo meliore, quod accepi a Cagnato, qui edid. *rapport* II p. 95 n. 169.

Titulum perantiquum, scilicet ut Africanum, Iuliis vel Claudiis imperantibus positum esse suadet scriptio *meiles*. Cf. supra p. 214.

---

506 in basi rep. Hr. Sidi Alì Ben Kasem haud procul a n. 504 litt. m. 0,1—0,05.

C OCTAVIO
Q FIL CORNEL
HONORATO 7
ADLECTO EX EQ
R · A · DIVO PIO Ṅ
LEG II AVG 7 LEG
VII CL PIAE FIDEL ·
7 LEG XVI FLAVI
AE · FIR · 7 LEG X
GEM P F V PR Ṅ C
POSTERIORI
Q · OCTAVIVS PATER D D
S P F ITEMQVE DEDICAVIT

Cagnat *rapport* II p. 88 n. 154. Cf. supra p. 160.

---

507 Hr. Mussa.

Q · OCTA*u*IVS
Q · FI*l* QVIR
II / RI // SEX ''r
VET · PIV*s ui*
XIT AN*nis*
XLVIII

Cagnat *rapport* II p. 96 n. 171.

508 Hr. Mussa.

/ PINARIVS
/ F · ARNESIS · PE
*re*GRINVS · VE
*te*RANI · F · PIVS
VIXIT · AN · LXXV
H S

Cagnat *rapport* II p. 97 n. 172.

509 Hr. Sidi Alì Ben Kasem.

protome.

M CALPVRN
IVS · SIIVIIRVS
AIID · II VIR
VIX · ANS LXV
H S E

Cagnat *rapport* II p. 92 n. 162.

510 Hr. Sidi Alì Ben Kasem.

C MEMMI
VS · Q · F · ARN
VALENS · AED
II VIR · QVINQ · ELN
. XXXIIX

Cagnat *rapport* II p. 92 n. 164.

4 fin. ELN litterae incertae sunt; 'fortasse FLM' Cagnat.

511 in ara alta m. 0,53 lata 0,23 litt. 0,035 rep. Hr. Sidi Alì Ben Kasem CAGNAT. Ksar-Um-Nayel DVFOVR.

IESII◡
T · HANAPSVA
AED · Q · II VIRV
FLAM · SACR BIS
VOT · SOLVIT
LIB · A

Exscripsi ex ectypo Dufouri non bono subministrato a Poullio, qui ad idem edid. *rec. de Const.* XXII (1883) p. 326 n. 72; Dudon *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp. du 9 août* 1883 p. 13; Cagnat *rapport* II p. 90 n. 158.

2 post T punctum esse, quod in ectypo non cernebatur nec dedit Dudon, affirmat Cagnat; *p(atria) sua* proposuit Poulle; nomen civitatis, si quidem vere subest, non assequor. — 4 FLAM · SAC in litura positum Cagnat; *flam(en) sacr(orum)* cf. II, 2105 *flamen sacr. pub. municip. Alb. Vr.* alios. [Nisi fuit *flamen sacerdos urbis*; cf. vol. VIII p. 1086. TH. M.]

LIV*aaa*. *Ghardimau*.

Tituli hoc capite comprehensi utrum omnes eruti sint ex ruderibus nunc maximam partem sublatis, quae a Ghardimau paucis chiliom. aberant, an partim originem ducant ab illis, ad quae pertinent tituli capitis LIV*aa*, mihi non videtur satis constare.

512 Ghardimau. Fragmentum altum m. 0,50 latum 1,00 (= *a*) nunc translatum est in museum stationis S. Ludovici prope Carthaginem. Accedunt frustula tria (= *b, c, d*), quae ibidem adservantur.

*beatissimis tempo*RIBVS FLORENTI*ssimoq. saeculo domi-*
*norum nostro*RVM GRATIANI VALENTINIANI ET THE*odosi perpetuorum semper augustorum* a. 379–383
*ui*RIO AVDENTIO AEMILIANO CLARISSIMO ET EMINENT*issimo uiro uice procons* . . . . . . O/LYCE *b*
/O V · C · LEG P · N · ARCVM TRIVMFALEM FVNDITVS QVADR*atario opere* . . . . . *aedifi*CAVI*t*
*eo*RVNDEM LAPIDVM CONIVNCTIONIS ADF P^T^ıEA . . . .
*et a*D ORNAMENTVM SPLENDIDISSIMAE CIVI*tatis* . . . . *propriis*
*su*MPTIBVS CREPEREIVS FELICISSI*mus* . . . . *cum* /*crepereio* . . . .
filio SVO · FL · P · P · CONSTRVXIT *idemq. dedicauit decurionum decreto*

c ICL *d* L//VR
EXTRVC
RELICT
RE

Descripsi et ectypum sumpsi, fragm. *d* primus edo. Delattre *bulletin critique* II (1881) n. 3 p. 58 (cf. Héron de Villefosse *ibid.* n. 4 p. 79); Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 149 n. 250.

3 fin. (= fr. *b*) OELYCI/ — fr. *c*. 1 OL — 3 RELIC Cagnat. — Frustulo *b* /TV legati nomen contineri suspicatus est Cagnat fortasse recte; *c* v. 1 seqq. Villefossius ad *a* v. 4 seqq., Cagnat ad *a* v. 5 seqq. adiungere conati sunt, uterque parum probabiliter.

Audentium Aemilianum *v. c. vice procons.* iam cognoveramus ex titulo VIII, 1296 et nomen plenum discimus ex titulo, cuius me admonuit Mommsenus, X, 3866: *Virius Audentius Aemilianus v. c. Camp. cons.*; legatus est, qui sub illo Numidiam proconsularem administrat (cf. VIII p. 468).

---

513 in lapide alto m. 0,50 lato 1,00 Ghardimau intus in Francogallorum castello muro immisso.

ti. claudio caesari AVG · GERM · PONT · MA*ximo*
*trib. potest xii? imp. xx*VI · COS · V · PATRI · PATR · CEN*sori* a. 52
. . . . *c*ELER · PROCVP^TOR D //
. . . . *sua* PECVNIA · FEC*eru*NT CV / AN
. . . . FLAMINE AVGV ///////
. . . . . MILYA //// I //////////////

Descripsi; postea descripsit Cagnat qui edid. *rapport* II p. 79 n. 140.

3 fin. DE — 5 fin. *cu[rante* . . — 6 MILV . . . . IV . . . . . IB . . . . Cagnat.

Titulus scriptus est inter annos 51, quo fasces quintum sumpsit Claudius et 52 exeuntem quo imperatorem XXVII eum reperimus appellatum esse.

---

514 Ghardimau in ruderibus castelli antiqui.

*praef. c*LASSIS PRAETORI*ae*
*mise*NATIVM · E · V · PATRON*o*
D · D · P · P
CVRATORE · C · IVLIO · OPTATO

Mommseno misit Tissot. Edid. Delattre *bull. crit.* II (1881) p. 60 et ad exemplum Dumartini Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 148 n. 248.

1 PRAETORE Del., *p*RAETORI Tissot Cagn.

515 Gh'ardimau, nunc in Francogallorum castello.

vir togatus mappam dextra tenens.

D M S
SEX · POMPEIVS · MA
RIANVS · AEDILIS
I̅I̅ VIR · V VIIXIT · AN *sic*
NIS · XXX ·
H · S . E

Descripsi. Ad Rousseli exemplum edid. Delattre *bull. crit.* II (1882) p. 379; Cagnat *rapport* II p. 83 n. 145.

4 I̅I̅ VIRV VIXIT — 5 XXXX Cagnat.

---

516 basis alta m. 1,60 lata 0,48 Ghardimau in Francogallorum castello.

P · SEXTILIO · P · F
ARN · FELICI
FLAM · AVG · P · P
SACERDOTI · PRO
VINCIAE · AFRICAE
P · AVS · INCLITVS · TV
BERO · SEXTILIANVS
AVO · OPTIMO
OB · MERITVM

Descripsi. Ad ectypum edid. Héron de Villefosse *bull. d'Oran* fasc. 5 (1883) p. 286 n. 128 et *Comptes-rendus* XI (1883) p. 216 et *rev. crit.* XVII (1883) n. 27 p. 20; Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 323 missum a Dufourio; Cagnat *rapport* II p. 81 n. 141.

6 *P. Aus(enius)* cet.; PAVSINCLEIVS Villef.; PAVSINICIIIS Poulle, P · AVSINCHIVS Cagnat.

---

517 litteris admodum rudibus Ghardimau in Francogallorum castello.

senex baculum dextra, sinistra ollam tenens.

MVTVNCHLI · E
RIS · PIVS · VI
XIT · ANNIS
LXXXX · P · P
H · S · E

Descripsi. Edid. Delattre *bull. crit.* II p. 378.

1 Videtur esse *Mutunchlieris* cf. Mutthumbal, Muthunbal cet. — 4 compendia quomodo solvenda sint non constat.

LIV *b*. FVRNI (*el Msa'adîn* p. 937).

518 (= 10609) Hr. Msa'adîn.

CLEMENTISSIMo
PRINCIPI · AC · TO
TIVS · O*rbi*S · AVG
d. N · VALENTINI
*a*NO · PROCONS
*i*VL FESTI · V C SIMVL
CVM ANTONIO DRA
CONTIO V C AG V P P
ORDO · FVRNITA
NVS CONSECRAVIT

Descripsi et ectypum sumpsi. Edid. etiam Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 65 n. 6.

8 *ag(ente) v(ices) p(raefectorum) p(raetorio).*

---

519 (= 10610) Hr. Msa'adîn.

*britan. m*AX · GERMANIC · MAX · PO*ntific*IS · MAX post a. 213
*matris august*I · TOTIVSQVE · DIVINAE · DOMVS · EORVM
.. *uarius* ..... *ob honorem* FLAMONI · SVI · I*te*M II VIRATVS
et ob honorem decurionatus /*uari uic*TORIS·ET·Q·VARI ..... *filiorum suorum*
5 .... DVO · DEDI*t* ....

Descripsi. Edid. etiam Cagnat *arch. des miss. scientif.* IX (1882) p. 65 n. 5. Est puto Caracallae et matris eius.

LIV *c*. *Hr. el-Hoeluîn.*

Parietinae non late patentes, quas mihi dixerunt nominari Hr. el-Hoeluîn (*el-Aluanîn* Tissot p. 866), ab Arabum deversorio *Bordj-el-Amri* uno fere chiliom. et a ruderibus maioribus, quae ad antiquam Sicilibbam equidem revocaverim, duobus tribusve chiliom. distant.

520 in lapide alto m. 0,40 lato 1,00 crasso 0,36 quem repperi Hr. el-Hoeluîn in campo metris c. 600 a vico distante EGO; *près du bordj Tourki* CAGNAT.

*pro salute m. aureli antonini aug. armeniaci medic*I PARTHICI · MAX · *Germanici sarmatici pontif. max.* ....
.... *templu?*M · CVM · COLVMN*is et statuis sua pecunia fecit idemq. dedicauit.*

Descripsi et ectypum sumpsi. Edid. R. Cagnat *archives des miss. scientif.* IX (1882) p. 63 n. 2.

521 in lapide alto m. 0,42, lato 1,30, crasso 0,33 Hr. el-Hoeluîn *devant la porte du bordj.*

DIVI I R A I A N I P A R I II A B N E P DI
VI M ANTONINI PII GERM SARM NEP · DIVI
H O N EMII AIS V E XI PR CALEDI MAXIM
/ / / / IS IIII / / / / / IT C CASSIVS

Descripsi a me effossum et ectypum sumpsi. 1. ABNEP est in lapide; etiam aliis titulis confirmatur verborum quae sunt *abnepos* et *adnepos* vim et usum sibi non constitisse, v. c. in 10359 v. 8 seq. falso traditur: *Had. abnep.* ... *Nerv. adnep.* cum sit in lapide: *Had. adnep.* ... *Nerv. abnep.*

[*Pro salute Imp. Caes. M. Aureli Antonini Pii Fel. Aug. Parth. max. Brit. max.* | *divi Nervae et*] *divi Traiani Parth. abnep., di*[*vi Hadriani adnep., divi Antonini Pii* | *pronep., di*]*vi M. Antonini Pii Germ. Sarm. nep., divi* [*Severi Pii Arab. Adiab. Parth. max. Brit.* | *max. f. ob*] *hon*[*or*]*em* . . . . . *v*(*iri*) *e*(*gregii*) (*undecim*) *pr*(*imi*) *Caledi Maxim*[*us et* . . . . | . . . . *is* . . *dedicav*]*it C. Cassius* . . Vndecimprimatus item est in titulo Cirtensi n. 7041, ut etiam infra n. 533 et supra n. 302.

LVI*a*. *Bîr Mangub* (p. 937).

522 litt. magnis Bîr Mangub ad fontem in opere positus.

reliqua latent |HIBVLI L D D| *d*

Descripsi.

Nomen civitatis, cuius initium hic latet, ut alicubi investigarem mihi non contigit.

LVII. VALLIS (*Hr. Sidi Mediân, Hr. Hassuna Velde el-Usîr* p. 160. 937).

523 in lapide fracto longo m. 0,82, alto 0,47, crasso 0,32, litteris satis bonis 0,14—0,12; Sidi Mediân.

S · AVG · PARIHI
\L · MISSVS · HONE

Descripsi a me effossum.

Fortasse: [*pro salute M. Aureli Antonini Pii Felici*]*s Aug. Parthi*[*ci max. Britannici max.* (nomen) . . *leg.* . . *It?*]*al. missus hone*[*sta missione*].

524 epistylii fragmentum longum m. 0,87, altum 0,37, litt. 0,09 Hr. Sidi Mediân prope n. 10064 humi iacens.

MMATES ASCOI
ICANTIS
ornamenta sculpta

Descripsi.

. . . *mmates Ascon*[*i* . . *procons. p. A. vice sacra iud*]*icantis.*

525 in basis fragmento alto m. 0,48, lato 0,53, crasso 0,43 Sidi Mediân.

GORIS
NVI S PATRIAE SVA*e*
IV*n*CTI DEFENSORIS CAVSAR*um*
PVBLICARVM MVN SVI VAIIITANT
*qui in*VESTIGATIONE

Descripsi a me effossum.

[1 seq. [*omnibus ho*]*nor*[*ibu*]*s patriae sua*[*e*] *fu*[*n*]*cti*. TH. M.]. — 3 init. descripsi IVRCTI. — De defensore causarum publicarum municipiorum vid. Marquardt *Staatsverwaltung* I², 214.

526 Hr. Hassuna Velde el-Usîr (= Bordj el-Ouizir TISSOT ad n. 1285 add.).

V I D R I M
FLAMINIS PERPET · DVVMVI
RALIS PATRONI MVNICIPII
SVI VALLITANI AD REMVNE
RANDA MERITA VTRIVSQVE
EORVM ORDO DECVRIONVM
DECRETO PVBLICO FEC*it*

Descripsi et ectypum feci. Edid. Gasselin et Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 15 n. 16.

2 seq. DVVMVI|GALIS Gasselin et Cagnat. — Ceterum cf. titulum, qui in eisdem parietinis iacet similem n. 1282.

LVII*a*. MVNICIPIVM CINCARITANVM (*Bordj-Tûm*).

Bordj-Tûm statio est viae ferreae inter Teburba et Mzêz el-Bâb. Oppidi antiqui, cuius nomen enucleavi ex n. 527, alibi nulla fit mentio, nisi quod collationi Carthaginiensi (cf. Harduinus concil. I p. 1088 *C.* 1101 *A*) interfuerunt duo episcopi Cincaritani adversarii. Quos num Africae proconsulari Harduinus iure attribuisset, Morcellius Afr. christ. I, 140 non debuit in dubium vocare.

527 rep. Bordj-Tûm DELATTRE. Nunc est in museo stationis S. Ludovici.

MEMORIAE TI
BERI CLAVDI IVLI
ANI VNIVERSI CV
RIALES MVN CIN
PROVOCATI LAR
GIT*io*NE MATRIS
EIVS AERAE COL sic
LATO DE S*uo* PO
SVERVNT L D D D

Descripsi et ectypum sumpsi. Edid. Delattre *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 32.

De Claudio Iuliano videas n. 4845 et quae ibi adnotavit Mommsen.

LVIII. MEMBRESSA (*Mzêz el-Bâb* p. 162).

528 ad n. 1296: Recognovi archetypum corruptissimum, archetypum et ectypum Villefosse *bull. crit.* II (1881) p. 78 et 379. — 7 init. T*ha*LASSIO Villef. collato cod. Iust. 8, 65, 5; ipse quid subsit in re praesenti statuere non potui, sed adnotavi spatium paullo plures litteras capere quam quot habet lectio Wilmannsi: T · CASSIO. — 10 fin. ERIS DIG ego, NERIS DIG Villef. — 11 fin. seqq. AVCTORITA / ET APVD T / IGA/FEIII ego, AVCTORITA / RIMO Villef. — 15 fin. 16 PRAEROGATIS VIR/// / O P/// ego. — 19 seqq. MVS QVAE CVM NOST / FIAT MELIVS . . M . . . / IA TESTETVR FELIC Villef.

LX. *Schauwâsch* (p. 164. 937).

529 Schauwâsch.

HERCVLI CON
SERVATORI
/ / / / / CIVITA
TIS POPILII PR*i*
MVS ET FAVS
TINVS S · P · F

Descriptum a Rebora edid. Tissot *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 292; vv. 3 seqq. ad eiusdem exemplum Poinssot *bull. d'Oran* fasc. 4 (1883) p. 252 n. 59.

3 seq. GENIO CIVITA|TIS cet. Tissot, sed v. 3 initium incertum esse testatus, ////CIVITA|TIS POPILII/// Poinssot. — 4 fin. PRA Tissot.

---

530 Schauwâsch.

VENERI
VICTRIC
POPILII
PRIMVS
ET FAVSTI
NVS · S · P · F

Rebora *bull. d'Oran* fasc. 4 (1883) p. 252 n. 58.

---

531 in fragmento alto m. 0,48, lato 1,80, crasso 0,40 Schauwâsch.

NERVAE · ADNEPOT · M · AVRELI · AN
g · ET · CASTROR · ET · SENATVS · ET · PATR

Rebora *bull. d'Oran* fasc. 4 (1883) p. 254 n. 67.

2 in. traditur S. — [*Pro salute imp. Caes.*] (sequebantur maiores) *M. Aureli An*[*tonini*] (sequebantur honores) [*et Iuliae . . . . matris Aug.*] *et castror. et senatus et patr*[*iae . . .*

LXI. TVCCABOR (*Tukâber* p. 165. 937).

532 in lapide alto m. 0,65, lato 0,47 Tukâber.

c E I O N *i a e*
L AELI · CAES · F
P L A V T I A E
Q · S E R V I L I
P V D E N T I S
D · D · P · P

Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* II (1882) p. 68 et *revue crit.* 1881 p. 60 et *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 78 n. 29.

Vide quae adnotantur ad titulum n. 298 dedicatum filio huius mulieris.

LXII. CHIDIBBIA (?) (*Slugîa* p. 166. 937).

533 (= 1327) Slugîa in mosqueae pariete.

I O V I O P T I M O M A
XIMO AVG SACR P HEREN
*ni*VS P F FELIX *ob* SPEM
XI PRIMATVS *prae*TER SVM
MAM *legitimam p?*RIMARII
S VAS . . . . . I INDR
NI . . . . NAM·
SIV . . . . *ex ii*S · $\overline{\text{IIII}}$ · ML N
*fac. curauit idemq. de*DICAVIT
L · D · D · D

Descripsi titulum umore corrosum et in sylloge editum non bene. Hic repetivi propter testimonium XIviratus cf. supra n. 302 et 521.

534 ad n. 1334: Recognovi. 3 fin. |PLVS NECESSAR|

535 (= 1336).

. . . . *au*G SACR · PRO · SALVTE
imp. caes. . . . . *pii fe*LICIS · AVG · TOTIVSQVE · DIVI
*nae domus eius municipium chidibb*IENSE · DEVOTVM · NVMINI
maiestatique eius.

Descripsi.

536 ad 1338: Recognovi. 1 fin. CAES//PI// Est fortasse [*P. Se*]*pt*[*imii Getae Pii Aug. Britannici*]. — 2 DONATVS — CONTIC|.

537 ad 1342: Recognovi. 2 LATONIBVS ET.

LXIII. TICHILLA (*Testûr* p. 169. 938).

538 ad 1353: Recognovi. 3 DOMVS cet. — in fine II *vi*R Q *q*. — 4 MIL NVMM Q*ua*M PROMISERAT cet.

539 (= 1392). Pavimento immissus est in prima curte magnae mosqueae.

SANTAS TRES
MAXIMA
ET ΔONATILL
SECVNΔA
BoNA PVELL
ΥTEFANUΥ

Descripsi et ectypum sumpsi.

LXIV. THIGNICA (*Hr. 'Aïn-Tunga* p. 173. 938. 979).

540 ad n. 1400: Recognovi. 10 nihil deest; lacuna propter lapidis vitium relicta est.

541 ad n. 1401: Recognovi. 1—3 / / / / / / / / / / / / / CAE*sa*R*i* L ANNIVS L F QVIR — 12 fin. seq. IDEM|QVE DEDICAVIT *l d* D · *d*.

542 (= 1402*b*).

*pont. m*AX · TRIB · POTESTATIS XIII a. 188
...*o*B HONOREM · FLAMONI · PERP ·
...OMNIQVE CVLTV EXORNAVIT ·

Descripsi.

543 ad n. 1406: Recognovi fragm. *a b e f*. *e* 3 *restit*]VIT ITEMQVE cet.

544 ad 1413: Recognovi. *a* 2 S N̄ OCTO cet. — *b* 2 ultima littera est C. Fragmentum quod est *c* apud Wilmannsium mihi et plenius legere licuit et initium tituli fecisse inde apparuit, quod in versu ultimo ante litteras primas SIS spatium satis magnum vacat. Praeterea descripsi novum fragmentum *e*, quod cum ad hunc titulum pertinere in universum iam monuisset Cagnat, qui edidit *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 83 n. 46, quo loco proprie inserendum esset me docuit Mommsen. Fragmenta ipsa auctum et novum haec sunt:

c

ONATVS · DEC
DVABVS · ET · COL
PATRIAE · SVAE CV
OTBVS AESCVLAPI · P
SIS STATVA

e

CTI ARC
ATVR
BLICO
M · RE
EQVES

Itaque totus titulus in hunc fere modum poterit restitui: [*l Memmii* . . . . . *et D*]*onatus dec*[*uriones ob statua*]*s duas* [*in*] *patriae et civium suorum* [*hono-*

rem promissas adle]cti arcum cum ......|..... duabus et col[umnis] ma[rmo]-r[ei]s n(umero) octo et s[t]atuis marmoreis n(umero) sexs et c[............. et str]atura areae quae f.... ar ... um .... patriae suae cu[m Sex.] Memmio Felice Sabinian[o] et Q. Memmio Rufo Fortu[natiano sacerdote? pu]blico, adlectis de[curion]ibus c(olonorum) c(oloniae) I(uliae) [Karthaginis, | sacerd]otibus Aesculapi p[osuer]unt idemque dedicav[e]runt. Ad quorum remun[erandam munificentia]m re[s]publica sua c[ivita]tis Thign[icen]|sis statua[s pedestres | Mem]mio Rufo fratri eorum et Caeciliae ..... matri eorum et ipsis] equestres in foro posuit. — v. 1 *in* — *honorem*, 2 *[str]atura*, 3 *[sacerdote pu]blico* sunt supplementa Mommseni.

---

545 ad n. 1418: Recognovi. 4 |EX · FAC.

---

546 ad n. 1419: Recognovi. 4 seq. THICNIE N|SIS — 6 fin. FLM — 7 seq. AVG · PERP · VTRIVS | VSQVE · (sic). — 11 fin. AFFECTO — 12 seq. FRATERNM QVM CR|CA.

---

547 'Aïn-Tunga.

FORTVNAE AVG SAC
FABIVS CAECILIVS
PRAETEXTATVS FL P
CVR · REIP · ORNAVIT

Descriptum a Darré ductore Francogallo ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VII p. 2.

Cf. n. 1398 dedicationem eiusdem hominis *Caereri Aug.* factam; praeterea vid. infra titulum n. 548.

---

548 'Aïn-Tunga.

VENERI AVG SAC
FABIVS CAECILIVS
PRAETEXTATVS FL P
CVR REIP POSVIT

Descriptum a Darré edid. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* 1883 fasc. VII p. 2.

---

549 'Aïn-Tunga ad arcem.

. . . . RVM SVO ET FA*usti* ET SATVRNI
ni et . . . . LIBERORVM SV*oru*M NOMINE
quod ex HS . . *mi*L N PROMISER*at f*AVSTVS ET
CERFICIVS HONORATVS SACER*dos saturni?*

Descripsi. Eundem hominem fratri cippum facientem reperimus in VIII, 3080.

---

776 Lambaesi in praetorio.

· D · M · S ·
MEMORIE
C · FABI ·
CLODIANI
*i*VRISTVD sic
*i*OSI CON
*st*NTISS · T
VI

Descripsi.

777 Lambaesi in necropoli septentrionali.

D M S
IVLIO · SACERDOTIO *sic*
SATVRNI
IVLIVS · VITALIS · VETE
RANVS · ΛO SVO F
V A C

Descripsi titulum difficilem a me effossum.
5 seq. *a*[*v*]*o suo fecit, v*(*ixit*) *a*(*nnis*) (*centum*).

---

778 Lambaesi rep. *sous l'arc de Commode* POULLE. Ibidem est adhuc.

. . . . *f* L PERP
ob cuius dedi CATION
. . . . O CoS ID MIS

Descripsi. Edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 385 n. 133.

---

779 Lambaesi. Lapis pro limine est in domo Fr. Nosetot.

*lam*BAESITANORVM · V · A XXX
*coniugi cari*SSIMO · ET · SIBI · SE · *u*IVA · FECIT

Descripsi.

---

780 Lambaesi in lapide duobus lateribus scripto, qui adservatur in praetorio.

in latere sinistro:

u I C T O R
D O N A T V S

in latere dextro:

O M I *d i u s*
I V L I N VA *r i u s*
P E RE L L V S D O *natus*
I V L ME R C A *tor*
+ + F I Λ Λ

Descripsi.
5 . . . *i . it*(*ius*) *Flam*(*inalis*)?.

---

781 Lambaesi in necropoli septentrionali.

D M
VATERIVS
PVBLICIVS
VIXIT ANIS
XXV

Descripsi a me erutum.

782 Lambaesi in necropoli septentrionali.

d *m* S
. . . I A V I C
T O R I A M O
V · A · X L V
O X O G A R V
S · SOC M FEC

Descripsi a me effossum.

[*D. M.*] *s.* [*Iul?*]*ia Victoria m*(*ulier*) *o*(*ptima*) (ita solvendum esse me monuit Mommsen) *v. a. XLV. Oxogarus soc*(*rui*) *m*(*erenti*) *fec*(*it*).

XIII. VERECVNDA (*Markûna* p. 423. 956).

783 Markûna.

. i
u S I A
N V A R I
V S T V B
V S L A

Descripsi.

. . . *i*[*u*]*s Ianuarius tub*(*icen*) *v. s. l. a.*

---

784 in fragmento alto m. circiter 0,50, lato 0,60, a me effosso Markûna in hortis villae prope parvam piscinam.

imp. caes. t. aelius hadrianus antonin|VS · AVG · PIVS| *diui*
hadriani fil. diui traiani parthici NEP · DIVI · NER|*uae*
pronep. pontif. max. tribun. potest x|XIII · IMP · II|*cos.* a. 160
iiii p. p. per leg. iii aug. d. fonteio fro|N T I N I A N|*o*
leg. aug. pr. pr. dedicante

Descripsi.

---

785 in fragmentis permultis humi iacentibus Markûna iuxta arcum, qui est Lambaesem versus. Titulus litteris praegrandibus scriptus (v. 1 m. 0,24, v. 2 seq. 0,12) ad arcum ipsum procul dubio pertinuit.

*r*E S P V B L I C A V E R E C V N D E N S I V M
D E D I C A N T E
*d. f*ONTEIO *fr*ONTINIANO LEG AVG PR P*r* COS DES*ign*ATO

Descripsi. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 362 n. 110.

786 Markûna.

D M
CLAVDIAE
VICTORINAE
M · CLAVD · MARCE
LI · VET · FIL · VIX
ANN · XXV · COR
NEL · VICTOR · TVB
LEG III AVG · C · F

Descripsi.

XV. INTER LAMBAESEM ET DIANAM.

4. *ʿAïn-Ksar. Merfeg el-Barûd* (p. 438).

787 Merfeg el-Barûd (le Tournant) *à environ 3 kil. au sud-ouest d'Aïn el-Ksar, sur la route de Constantine à Batna.*

DEO MAG
NO AETER
NO ANT
O PAVLVS
QVI ET O
VIVS POS

Ad exemplum et ectypa, quae misit Luciani, edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 313 n. 50.

1 seqq. cf. titulos quos infra edam, unum rep. Wed el-Hammâm *deo aeterno* positum et alterum rep. Arbal, in quo nominatur *deus sanctus aeternus.*

5*a*. *Hr. Gasrîya.*

Haec sunt rudera villae, ut videtur, 2 chiliom. distantia ab Umm el-Snab (v. VIII p. 439) ei qui Batna Cirtam proficiscitur a manu sinistra.

788 Hr. Gasrîya.

/ / SENIVM
/ / ƆCILINI
·/ / ɪENSI
L IVLI CRIS
PINI SVB
CVRA PAN
TONI VAL
COLON · FEC
V B S

Descripsi.

Mommsenus sic restituit: [*monum*]*en*[*t*]*um* . . . *cilini* [*atri*]*ensi L. Iuli Crispini sub cura P. Antoni Val*(*entis*) *colon*(*i*) *fec*(*erunt*) *v*(*iro*) *b*(*ono*) *s*(*ancto*) adnotans v. 3 sibi magis placiturum [*disp*]*ens*[*at*(*oris*)]. Mihi propter spatium solum prius videtur admitti posse, ac v. 1 supplemento Mommseni per se egregio ut spatium sufficiat vereor.

XXII*b*. NARAGGARA (*K'sîba Mrau*).

In collibus, qui a Fedj-Mrau Arabum pago duobus fere chiliom. absunt septentrionem versus, inveni rudera latissime patentia specie magnifica, scilicet aedificiorum, quae omnia opere quadratario facta essent, quibus apud indigenas nomen est *K'sîba Mrau.* In colle extremo arcis antiquae cernuntur reliquiae et meridiem versus fons largus scaturrit aquae potabilis. Addam in collium clivis septentrionalibus me repperisse necropolim magnam. Monumenta, quorum tantum capita prominent ex humo molli ac pingui, cum titulis videantur carere, defunctorum figuris aut numinum imaginibus eisque magnam partem monstruosis exornata sunt fere omnia. Lapides quos inveni titulis inscriptos aut Latinis aut Punicis aut Libycis cuncti videntur pertinere ad alteram necropolim in clivo orientali patentem. Tertiam eamque christianam fuisse a parte meridionali ex uno titulo n. 791 non ausim statuere. Hoc autem loco fuisse antiquam Naraggaram, ad quam priores rettulerunt rudera ab his haud ita magno intervallo disiuncta meridiem versus, quae sunt ad *Sidi-Yûsef* (= *Ksar Djabêr*) multo minora, ipsa reliquiarum docet amplitudo. Quae de hoc oppido aliunde nota sunt composuit Mommsen C. p. 468.

789 K'sîba Mrau.

M M / / / / / /
/ A E D E M O B
N T A F L A M O N I
p R O C V L O F *l* A *m*
/ P O N E R E E T M

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 301.
Lapidem fractum esse non indicatur.

---

790 K'sîba Mrau in clivo ad orientem et septentrionem vergente.

	D M S	D M S
	C O R N E L I A	C O R N E L I V S
sic	S A T V R I N A	B A R I G A L P
	P V́ X I T A N	V́ I X I T A N
	N I S L X X I I I	N I S L X X X V

Descripsi.
2 leg. *Satur*[*n*]*ina*, *Barig*[*b*]*al*.

---

791 tabula in rivulo iacens K'sîba Mrau ad collis pedem meridionalem.

*hic iacet b. m. au*SONIVS
*requiescit in p*ACAE
*uixit an. p. m. . . . de*P·VI·ID·OCT

Descripsi.

XXIII. *Sidi-Yûsef* et *Hr. Ksar Djabêr* (p. 468. 956).

Naraggaram hoc loco non fuisse exposui in praefatione capitis XXII*b*. Quos priores hic descripserunt tituli, etiam ii, quos a. 1877 ibidem excepit Masqueray (cf. *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 296 seqq.), omnes videntur periisse adhibiti in extruendo novo Francogallorum castello.

792 ad n. 10766: 4 ET·VSIBVS·EARVNDEM·THERMA\ legit, ex ipsis thermis lapidem erutum esse testatus, Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 297.

---

793 rep. Sidi-Yûsef; nunc Sûk-Aghâs in museo.

I O C O L O N I D E
O·P A T R I O
M · M E V I V S
R O M A N V S
C O M E S A V G
N̄ · V I R · E G R ·

Descripsi. Edid. V. Reboud *rec. de Const.* XXII (1883) p. 110; Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 297 n. 289.

1 seq. IOCOLONIDI|O cet. [Expectes *Genio coloniae deo patrio; Iovi coloniae* si recte solvitur, is qui titulum scripsit neque ad sermonis proprietatem neque ad compendia satis attendit. Th. M.] — 6 II̅ VIR EQR Masqueray.

---

794 Sidi-Yûsef.

. . . .
Ɔ C O N S I G N A . .
A N E A P O N T I F E *x*
A N N I S X V I I
T R I S E D E M
. . . .
. . . .

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 299 n. 301.

---

795 Sidi-Yûsef.

D M S
M M E V I V S
R O M A N V S
F L P P P I V S
V I X I T A N
N I S L X X X X

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 298 n. 294.

796 Sidi-Yûsef.

a	b
D M S	D M S
C P A C	C *p a c i*
i l i V S	*l* I V S I N
. . . .	/ V I N V S
P I V *s u i*	P I V S V I
X † A N *n*	X I T A N
X I I I S E	X I I I H S E
F R V M E N T	

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 298 n. 296.

a 7 est fortasse: *XI* [*h.*] *s. e.* — 8 *frument* cursivis q. d. litteris fortasse posteriore aetate incisum esse tradit Masq., lepide cogitans de *frumentario* scilicet annorum tredecim. — *b* 3 init. TIVS traditur.

---

797 Sidi-Yûsef in parvis parietinis a Francogallorum castello m. circiter 400 distante septentrionem versus.

D M S	D M S
S E N T I A	D · G A R G I
S A T V R N I	L I V S G A R
N A V I X I T	G I L I A N V S
A N N I S	V I X I T A N
L X V H S E	N I S L X V I I I
C O R P V S	C O R P V S
A N T E S E	A N T E S E

Descripsi a me effossum.

Corpus ante se formula nova opinor hoc videtur significari corpus collocatum esse non sub cippo, sed ante eum.

---

798 Sidi-Yûsef.

+
I I I K L D D E C B
S E R B V C A
C L E R I C V S
A N N O R V M
C O B I T F I N

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 295 n. 299.

XXIV. THAGVRA (*Taûra* p. 470. 956).

799 Taûra.

\IC AVIH IAIOVPA ЄΠΙ ΤѠΓ
V ΚΑΙ Ο Γ Ο Α Γ Ι Π Α Γ

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 318 n. 350.

Repetivi ut editum est. — Coniungendum esse hoc fragmentum cum n. 4648 licet intellegeret Masqueray, tamen versum primum, quo nomen oppidi continetur huc usque in titulis non repertum, legere non potuit. Fragmenta duo ita legenda sunt (cf. de Rossi C. add. p. 956 et *bull. de corr. afric.* l. l. p. 341):

... [ἐποίησεν ἡ πό]λις αὕτη Ταγοῦρα ἐπὶ τῶν [εὐσε]ββ. βασιλέων ....
... [Ἰουστινιανο]ῦ καὶ Θεοδ[ώ]ρας [προν]οίᾳ τοῦ ἐν[δ]οξ[οτάτου] ...

XXV. MADAVRA (*Mdaurusch* p. 472. 957).

800 ad n. 4674: 4 deletum esse — 5 CRONH — 6 SACERD CAELESTIS in lapide esse tradit Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 290.

801 rep. Mdaurusch in Byzantio castello (vel basilica?).

IMP NERVA C*ae*
SARI AVG
VICTORIAE
AVG SAC
. . . .
. . . .
. . . .
M . . . . S P*os.*

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 291 n. 263.

802 rep. Mdaurusch in sepulcreto Romano.

D M S
M CASTRICIVS
SEVERVS SACER
DOS IOVIS PI
VS VIX ANNIS
LXXXXIII H · S · E ·

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 292 n. 267.

803 (= 4675) in lapidibus tribus olim inter se coniunctis erutis Mdaurusch ex parietinis parvis sitis in oppidi parte orientali Masqueray. Primum lapidem solum, in quo est *thus*, Wilmannsius quoque legit.

	. . . . . .	. . . . .		
THVS	. . . . . .	SATVR		PIPER
	. . . . . .	IVS DATI		
	. . . . . .	A N V S		
persona stans	. . . . . .	POMPOŃ	vacat	persona stans
	. . . . . .	A N V S		
sacculus	. . . . . .	V AN		sacculus
	. . . . . DE	NO VNO		
	s. cVRAV*er*	MENS IIII		
	H · S · E	DIEB VI		

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI a. 1883 p. 290 n. 260.

Thus et *piper* ut in parentalibus defunctorum consumpta puto intellegenda esse. [Mihi videtur titulus esse thurarii. Th. M.]

XXVI. MACOMADES (*Ksûr el-Ahmar*) ET VICINIA (p. 480. 957. 979. 980).

804 Hr. Maklûf, *à 4 kil. de l'Hr. Bîr-el-Oughla côté S.-E. du Dj. Sidi Rghîs.*

HIC QVIESCIT IN PACE
DOMINI P · FESTIA H · M · QVÆ
VIXIT PLVS MINVS XXXII ANNIS
FELIX FACIT THAMOGADI
palmae

Mihi dedit Rousset; ad eiusdem exemplum edidit Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. 5 (1882) p. 265 n. 230.

2 fortasse FESTIVA; deinde *h(onestae) m(emoriae)*. — 4 TAMOGADI Masq. — Tituli versus esse numero sex mihi dixit Rousset.

---

805 in lapide magno rep. Duâr Medfûm *sur la route de Constantine à Aïn-Beida à 4 kil. de l'Hr. Achmar ben Khalîfa.*

DEO LAVDES DICAMVS

Mihi dedit Rousset. Cf. 10694 et p. 1112.

XXVII*a*. TIGISIS (*'Aïn el-Bordj* p. 484. 960).

806 (= 10819). Descripsi lapidem altum m. 1,24, latum 0,49.

IMP · CAES
L · SEPTIMIO SE
VERO PERTNA
CI AVG PO*nt. ma*X
TRIB · POT III *imp. . .* a. 195
COS · II P P
D D P P

---

807 ad n. 10820: Recognovi. 5 TIGISITANVS.

XXVIII. INTER GADIAVFALAM, SIGVS, THIBILIM, THVBVRSICVM (p. 484. 960).

808—812 Victor Reboud, homo candidus et titulorum Africanorum ipse investigator indefessus, qui quantum mihi Constantinae moranti praestiterit voluntatis atque officiorum, satis efferre non possum, me monuerat ad fluvium qui dicitur Scheniûr duo exstare Romanorum sepulcreta, quorum tituli paucis exceptis olim publici iuris factis a Vigneralio (n. VIII, 4836—4844*a*) omnes essent adhuc inediti. Quare adii regionem remotam et in illorum sepulcretorum uno, quod pertinet ad *Hr. Mnia*, quadraginta duo,

in altero, quod cum ruinis attiguis indigenae appellant *Hr. Bu Atfân*, octoginta octo, praeterea in *Hr. Rhehua* duos lapides inscriptos repperi. Eos titulos magna nominum indigenarum copia insignes cum Reboud ipse ante me prope omnes item descripserit et partim modo ediderit (vid. *recueil de Constantine* XXII (1882) p. 70 seqq.), partim mox edere in animo habeat, huic commentario non inserui praeter duos, quos statim cognoscere eorum, qui his studiis vacant, interesse existimem. Accedit quod ab eis simul titulus illustratur iam a Vigneralio editus, sed hucusque parum intellectus.

808 ad n. 4836: Recognovi. 1 et 2 fin. nihil deest. — 7 fin. FORTVNÆ. — 8 seqq. SIGNVM MARMOR|EVM DEDIT · S · P · F · ITEM cet.

---

809 (= 4838) cum duobus titulis infra positis n. 811. 812 comparandus est tertius dudum editus, quem quatenus huc facit repetam emendatum de visu et restitutum.

M IVLI*us fel*
IX C RO*m.cons.*
AEDILI*cius ii*
VIR PR*aef. i.d.*
V·A·LXXV . .
H · S · E

2 *c*(*ivitatem*) *Ro*[*m*(*anam*) *cons*(*ecutus*)].

---

810 ad n. 10827: Recognovi. 1—3 *pr*O SA
*lute i*MP M◊
*anto*NINI AVG

---

811 Hr. Bu Atfân.

IVLIAE RO MVLAE PIIS SIMAE CoN IVGI RARIS SIMAE · V · A · L · H · S · E M · IVLIVS No VELLVS · MRT	M IVLIO NO VELLO C R CONSECV TO DECVRI ONI AEDILIC PRAEF · I · D II VIRAL · P · V · A LXX · H · S · E ·
IVLIAE VICTO RIAE IVLI NO VELLI FILIAE PIISSIMAE FEMINAE RA RISSIMAE V A XXXI · H · S · E	

Descripsi.

812 Hr. Bu Atfân.

D M *serta* S	D M *serta* S
L · SALLVSTIVS	CAECILIA
VICTOR CI	FESTIVA
VITATE · ROMA	QVI · ET · LE
NA · CONSECV	DA · L · SALVS
TVS · EST · P · V · A	TI · VICTORIS
H · S · E	VCXOR · P
L · SALLVSTIVS	V · A · XLV
ROGATIANVS	H · S · E
P · V · A · XX · H · S · E	

Descripsi.

XXIX. TIPASA (*Tifêsch* p. 487. 961).

813 Tifêsch.

IMP *caes.*
DIVI *traiani*
PART*hici f. diui*
NERVAE NEP *tra*
IANO HADRIANO
AVG PONTIF MAX
TRIB POT XII COS III a. 128
CIVES ROMANI CVL
TORES LARVM ET
IMAGINVM AVG S·P·F

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI (1883) p. 306 n. 321.

XXX. THVBVRSICVM NVMIDARVM (*Khamisa* p. 489. 961).

814 Khamisa.

D M S	D M S
FLAVIAE	C SILI
IVLIE BAS	O FLORO
SI FIL · SI	SAC · SAT ·
LI FLORI C·	P · V · AN
P·V·A·LXX	NIS LXXX
H·S·E	H · S · E

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI (1883) p. 314 n. 340.

815 Khamisa.

D M S	D M S
Q DOMITI	C E S T I A
VS PRIS	*p r i s c i*
CVS SAC	VX · P · V · A
FRVGIFER	L X V I I I
V A XX	H · S · E

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI (1883) p. 314 n. 342.

4 seq. *sac(erdos) frugifer* cum vix videatur ferri posse, aut corrige FRVGIFER aut ita interpretare, ut intellegatur Saturnus (sive Pluto) *Frugiferi* agnomine ornatus VIII, 840. 2666. 4512. 4581. 8826, item supra n. 572.

XXXI. THAGASTE (*Sûk Aghâs* p. 508. 961).

816 ad n. 5153: Excepi fragm. *a* in museo sic: *p*RINC.

817 rep. Sûk Aghâs in aedibus Borget; nunc in museo.

IVLIAE DOMNAE
AVGVSTAE
MATRI CASTRO
RVM
IMP CAES L SEPTI
MI SEVERI · PII · PER
TINACIS · AVG ARA
BICI ADIABENICI
PART · MAX · TRIB
POT VI · IMP · XI · COS a. 198
II · PROCS · P · P · PACIS
PVBL · RESTITVTORIS · D · D · P · P ·

Contuli. Edid. A. Farges *bull. d'Hipp.* 1881 p. 23; V. Reboud *rec. de Const.* XXII (1883) p. 108.

818 Sûk Aghâs in museo, quo unde deductum sit fragmentum, nos doceant qui sciunt.

antig? ONO E V P*rocu*
ratori A V G V*s t o r. n.?*
. . . . RIVS FELI*x* . . . .
*a*GATIANVS V . . . .
statu AM SVIS *impensis*
posuit idemq. dedicauit
l. l. d. d.

Descripsi.

1 litteram ultimam D esse adnotavi, sed puto posse accipi etiam pro P.

819 Sûk Aghâs in museo.

COI IAIIABIE'
CVI ORDO P^CIMOI
IIMITIV '' ᴾᴗ\I
XVII STATVAM
DECREVIT Ɫ/VSVRIS
X II ANNIS XX

Descripsi nive pressus ita ut potui.

Intellego haec: ... *cui ordo pagi Mo .... statuam decrevit ex usuris* (*denarium duorum*) [*milium*] *annis XX*.

---

820 Sûk Aghâs in museo.

B I R I C T
B I C I S F ·
P · V · N N
L I H S

Descripsi.

1 seq. *Birict Bicis f.*

XXXII. ZATTARA (p. 511. 961).

821 ad n. 5178: Recognovi fragmenta in Corpore edita *a. b. c. d*, descripsi nova tria prioribus in fine adiungenda, quae edidit A. Farges *bull. d'Hipp.* a. 1881 p. 21. Adservantur omnia nunc Sûk-Aghâs in museo.

e	*f*	*g*
IAIEO VS	QVE AD REGI	NNONIVS FELIX
ATIQVE E	ORVM	T ///////DT

Poterit igitur totus titulus sic fere redintegrari: [*Pro felicitate*] *beatissimi sae*[*culi*] *d. d. n. n. Constanti et Con*[*st*]*antis ma*[*ximorum*] *semper Augg. opus fo*[*ri* .... *inde a*] .... *a . eo usque ad regi*[*onum* ...... *Ta*]*nnonius Felix* .... | [*flamen per*]*petuus, curat*[*or reipub*]*licae municipii Zat*(*tarensis*) [*p*]*orticu et rostris* [*devotus numini maiest*]*atique eorum* [*exornavi*]*t* [*idemque*] *de*[*dicavit*] ..... [Duo aedificia ad forum sita hoc loco significabantur, exempli causa *inde a plateo usque ad regiam*, ut *plateus* pro *platea* accipiatur. Invenitur ἡ πλάτιος ἱερατικὴ in duobus tituli Mothanae in Arabia descriptis a Waddingtonio n. 2034. 2035. Th. M.]

---

822 Wed Cham, *village placé à une petite distance d'Aïn Tahamimine* (inter Duvivier et Sûk Aghâs) V. Reboud; Ghîrân, *vallon boisé à 5 kil. environ du point indiqué par le kilom. LXXV de la route de Bône à Souk-Ahras* Masqueray; nunc Sûk Aghâs in museo. Ad Zattaram revocavi hunc titulum et proximum ibidem repertum propter vicinitatem locorum.

p r o s a l u t e
i n V I *c t o r u m*
A V G V S T O R V *m*
I M P E R A T O R V M
L SEPTIMI SEVERI PI*i*
PERTINACIS · ARABICI ADIA
BENICI PARTHICI MAXIMI FOR
TISSIMI FELICISSIMI · P · P
M · AVRELI · ANTONINI PII FELICIS
et p. septimi getae nobilissi
mi caesaris TOTIVS
QVE DOMVS · DIVINAE
T · FLAVIVS · FAVSTVS · MASO
FIS FIL MAG · EX POLLICITATIO
NEM SVAM ANNO SVO STA
TVAM EX SS $\overline{\text{III}}$ MIL Ñ FECIT
AMPLIVS ADIECTIS A SE SS XCC Ñ
ITEMQVE DEDICAVIT CVRANTE BARI
CIONE CINNEAE FILIO

Descripsi. Edid. V. Reboud *rec. de Const.* XXII (1883) p. 106; Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI (1883) p. 288 n. 258.

12 seq. erit *Maso*[*p*]*is* ut supra n. 288. — Titulus scriptus est post a. 201.

---

823 ibidem ubi n. 822 MASQUERAY.

IMP CAES IMP CAES
L SEPTIMI SEVERI PERTINA
CIS *aug.* ARABICI ADIABE
NICI PARТ*h*ICI M*ax. f.* DIVI
M ANTONINI PII GERM SARM
NEP DIVI ANTONINI PII PRONEP
DIVI HADRIANI ABNEPO
TI DIVI TRAIANI PARTHICI
ADNEPOTI DIVI NERVE
P R o A D N E P O T I
IMP CAES M AVRELIO
A N T O N I N O A V G
RES PVBLICA EX DE
CRETO ET COLLATIO
NE *decur.* EX SS $\overline{\text{II}}$CCCC
Ñ FECERVNT IDEM
QVE DEDICAVERVNT

Masqueray *bull. de corr. afric.* fasc. VI (1883) p. 289 n. 259.

4 PART PONTIFICI M///DIVI traditur, errore, puto, pro PARTHICI M*ax. f.* cet. — 9 fin. fortasse est in lapide NERVAE. — 10 *proadnepos* vocabulum novum est. — 11 *imp. Caes.* repetitur, licet iam in initio tituli positum sit.

XXXIV. THABRACA (*Tabarka* p. 513. 962).

824 in opere tessellato effosso Tabarka *près de Bordj Sidi Messaoudi.*

ancora vel navis

CASTVLA · P
VELLA · ANN
XL · VIII · REDD
VI · IDVS · MAR
TIAS · PROPER
ANS · KASTITA
TIS · SVME
RE PREMI
A · DIGNA ·
MERVIT ·
INMARCIB
ILE CORONA
PERSEVERA
NTIBVS · TRIB
VET · DEVS · GR
ATIA · IN PACE

ovis (?), herbae

Ad exemplum quod misit Rebora editus est *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 202; emendatius atque ligno expressus *bull. d'Oran* a. 1884 tab. VII cf. p. 128 seq.

11 seq. exspectatur *inmarc*[*esc*]*ibile*(*m*) — *Castula puella ann*(*orum*) *XLVIII. Redd*(*idit* spiritum) *VI idus Mar*(*tias*), *properans kastitatis sumere premia digna. Meruit inmarcibile*(*m*) *corona*(*m*). *Perseverantibus tribuet deus gratia*(*m*). *In pace.*

---


825 in opere museo rep. in ruderibus q. d. *la vieille église,* Tabarka.

PELA GIVS
IN ☧ PA
avis avis CE
flos episcopus (?) stans in cathedra precans
avis flos avis

Ad exemplum quod misit Rebora editus est *bull. épigr. de la Gaule* III (1883) p. 202; iterum, etiam ligno expressus *bull. d'Oran* a. 1884 tab. VI cf. p. 128.

XXXVI. HIPPO REGIVS (*Bône* p. 515. 962).

826 prope Fonzaso oppidum a Feltria non longe disiunctum *nella località Canalet sopra il villaggio Arten* thesaurus erutus est vasorum argenteorum trium ponderis in universum chiliogr. 2, 139. In quibus est pelvis, quam nunc possidet Nissardius Caralitanus, inscripta in hunc modum:



Expressi ad imaginem photographicam, quam misit Nissardius Mommseno. Titulus prodiit non sine errore in ephemeride *gazzetta uffiziale d'Italia* d. 26 m. Febr. a. 1875 quam non vidimus; inde repetivit Armellini in eph. Romana *cronichetta mensuale* a. 1875 p. 44, ex hac Mommsenus apud Wattenbachium *Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde* VIII a. 1883 p. 353 adiecta brevi interpretatione.

† *Geilamir rex Vandalorum et Alanorum.* Inter Hipponenses rettuli, quod ex regum Vandalorum thesauro hanc pelvim Hippone capto ad Belisarem pervenisse et duci cuidam Romano dono datam in Italiam delatam esse probavit Mommsen l. l. (cf. Procop. bell. Vand. 2, 4). Idem de Geilamiri nomine conferri iussit Friedlaenderum *Münzen der Vandalen* p. 34; C. VIII, 10862; de appellatione regum Vandalorum Victorem Vit. 2, 29. 3, 3.

XXXVIII. CALAMA (*Gelma* p. 521. 952).

827 ad n. 5310: Recognovi. Supra titulum cernitur Bacchus uvam tenens.

828 ad n. 5333: Recognovi *a. c. d. e.* *a* 1 BAEATISSIMo. — *c* 2 MIL · N̄ cet.

829 ad n. 5345: Recognovi. *principuM* VALENTIS *Gratiani et ualentiniani.*

XXXIX. AQVAE THIBILITANAE (*Hammâm Meskutîn* p. 539. 963).

830 Hammâm Meskutîn.

protome

D ◇ M ◇ S
FORTVNATVS
urceus ARK · SE VIVO SIḂ patera
ET CONIVGI SVE
RARISSIME ET IN
c OMPARAḂLE sic
mem ORIAM FECT

Descripsi. Ad exemplum Rouyeri edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 297 n. 14.

831 Hammâm Meskutîn.

SYMBOLI
D M S
FRVENDVS
urceus CAESARIS N̄ VERN patera
ADIVT · TABVL ·
V·A·XXXIII·M̄·V·D̄·I
H · S · E ·
VITVLVS *Fecit?*

Descripsi. Ad exemplum Rouyeri ed. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 207 n. 13 omisso v. 8.

1 *Symbolius* agnomen fuit a Fruendo adsumptum.

XL. CRYPTA IN MONTE TAYA (p. 540. 963).

832 ad n. 5507 cf. add. p. 963: Recognovi. — 5 seq. est in lapide id quod coniectura adsecutus est Mommsenus:

CAECILIANVS
MAGG THIB

833 (= n. 5508 cf. add. p. 963).

SAB ET VENVS a. 240
TO CoS PR K ÆR
B A S · L · ꟻER ·
VER/LVS · IVL · SE
ꟻR/ · MGG ꟻHI*b*

Descripsi.

---

834 (= n. 5511).

B A S PRES ET AB a. 246
/ / CoS KAL MI/
/ / / / INVAKVS

Descripsi.

1 fin. SAB a Reniero falso traditum, recte a Mommseno emendatum est.

---

835 (= n. 5513).

B A S MR · E · PA a. 268
COS GEN · MRC
E FL MRS II · TH
*i*B V S L A

Descripsi.

2 seqq. legas: *Gen(ucius?) Marc(ellus) et Fl(avius) Mars(us) II (viri) Th*[*i*]-*b(ilitani)* cet. — 4 init. notavi AB, sed erit IB.

---

836 (= n. 5515).

AVRELINO III a. 275
ET MRCELLINO
COS · HIRRIVS
VITALIS DVM
CVM EMILIO · COL ·

Descripsi.

4 seq. cf. Mommseni praefationem p. 540.

---

837 (= n. 5516).

PROBO a. 279
III ET · PATER
NO II COS
I KAL MAI
I O PRAXI*n*
VS ET CI..
CERI....
VS......
IIVS

Descripsi

4 seqq. legas: [*pr(idie)*] *Kal. Mai(as)* | (praenomen et nomen notis scripta) *Praxin*|*us et Cl(audius)* | *Ceri*[*nth*]|*us* cet.

838 (= n. 5518).

B A C A C I S A C
M I V R I L I O ⁝ ı C ⁝
/ / C V S E T S I T I
U S I I O P A T V S
M A G / / I I B

Descripsi sic titulum difficilem; 1—3 solos dedit Renier.

Legas in hunc modum: *M.* [*A*]*ureli*[*us* . *f*(*ilius*)] *C . . . cus et Sit*[*t*]*ius* [*T.*? *f*(*ilius*)] *Op*[*t*]*atus mag*[*g. Th*]*ib*(*ilitani*).

839

B A C A C I A V G
S A C *r*
A L B I N O E T M a. 227
X I M O C O S
/ / / A I C / S
I I V S V O / S L M

Descripsi.

5 seq. lectio incerta est.

840

I MP D N G o R *d i a n o* a. 239
e t A V I O L A ⁝ C *o s*
sic M V I C T O R MAT
E T M E S P I C A T I
N I C O L P R K M P R O / / / /

Descripsi.

3 fin. cf. n. 841 v. 3.

841

I M P · D · N · G o R *d i a n o* a. 241
A V G E T P O M P E I *a n o*
L C MT V I C T O R *e t . .*
S A T A V G V S T V M A G

Descripsi.

842

ISEO ET DONATO a. 260?
COS B A S Q I/N M
XIMVS MG TH*ibi*
LIT PR KAL APR

Descripsi.

1 videtur fuisse *Sec*(*ulari*) *et Donato*; nam C. Iunius Donatus et P. Cornelius Saecularis a. 260 uterque secundum fasces sumpserunt. — 2 videtur esse *Q. I*[*u*]*n*(*ius*) *Ma*|*ximus* cet.

843

/CIA/D TACI a. 273
TO COS K/
S QIЕTOR
F I I S M A
C // D // T
V S / M

Descripsi.

[*M.*] *Claud(io) Tacito cos. k(al.) S(ept.)* nomen *mag(ister) d(uumvir)* [*c(oloniae)*] *T(hibilitanae) v(otum) s(olvit)* [*l(ibens)*] *m(erito)*, cf. VIII, 5513 et 5510—5515 et quae Mommsenus adnotat p. 540.

---

844 tituli latus sinistrum aqua stillante corruptum est.

*bac*ACI A/G S
RO SALV
I AVRELIA
N/N SORORIS
EIVS IANVA
IVS PROCVRA/
V S L A :

Descripsi.

3 cogitari potest de M. Aurelio Antonino aut Severi filio aut Elagabalo nec vero minus de Aureliano.

845

B A S
CARO ET CAR*i* a. 283
NO COS KA*l*
APRILES N*o*
NIVS FELIX ET
CÆCILIVS TA
*cit?*VS M T

Descripsi.

6 fin. *m(agistri) T(hibilitani).*

846

DOTIEN
S

Descripsi.

847

B A S
C · IVLIVS
F A / / I I S
M / / / /

Descripsi.

2 seqq. *C. Iulius Fa*[*ta*]*lis m*[*ag. Thib.*].

848

B A S I
VLPIO M
AG VO SOLVIT
L A/AC SAC/ORV
LOCV · QVI
ƆT · V · P · S · LI
/ / / / / /
/ M G

Descripsi.

Est fortasse: *B. A. S.* [*r. p. T(hibilitanorum)*] | *Ulpio m|ag(istro) vo(tum) solvit* | *l(ibens) a(nimo) ac sac*[*r*]*oru(m) locu(m) qui* | . . .

849

P A / M
S C R P S
S V / V S I
I M A X I
/ / / / /
M V S

Descripsi.

XLI. THIBILIS (*Annûna* p. 541. 963).

850 ad n. 5530: Recognovi. — 10 init. *pro*PINQVO*s*. — 12 init. MINEM (nihil deest). — 13 PROPINQVS IIMI . . . — 14 ELOQVENTIA *sua et i*NDVSTR*ia*. — 18 CONSCRIPTOS.

---

851 ad n. 5531: Recognovi. — 2 C · IVLIVS. — 5 fin. VETE; nihil deest. — 8 H · S · E.

---

852 ad n. 5563: Recognovi. — 4 ES*pe*RVS.

---

853 Annûna litteris aevi inferioris.

TEMPLVM| . . . . . . *pub*
LICA MVN|*ificentia*
FORTVNATO|

Descripsi. Ad exemplum Dufouri edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 301 n. 21.

---

854 in fragmentis duobus litteris optimis; rep. Annûna in basilicae christianae parietinis inter meridiem et occidentem sitis.

Q · ANTISTIO Q FI*l*. . . . . .
A D V E N T O POSTV*miano paul?*
LINO IIII VIR·VIARV*m* . . . . .

Descripsi et ectypum sumpsi. Ad exemplum Dufouri edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 299 n. 15.

XLIII. SIGVS (*Sigus* vel *Bordj-Ben-Zekri* p. 552. 964. 979).


855 ad n. 10860: Recognovi in aedibus Poullii. — *a* 3 VELO · X · S · M · P punctis interpositis errore quadratarii. — 10 T LIVIVS. — 12 *se*X · VENNIVS · FRONTONINVS. — 14 / *ul?*PIVS *qu?*IRINVS. — *b* 8 PROCLIA*nus*. — 12 fin. QVINTILI*anus*. — 14 C IVLIVS · MVS*a*. — 15 / *aufi?*DIVS CAIA.

---

856 ad n. 5749: Recognovi. — 7 seq. *e*T PEREGRINAN | DO HANC SEDE PETI | HANC QVOQVE | *do*MVM AETERNA | MIHI VIVS POSI ET | CONIGI cet. = *hanc sede(m) pet(i)i, hanc quoque [d]omum aeterna(m) mihi vi(v)us posi et coni(u)gi.*

---

857 Sigus in aedibus Vau.



Q · CAECILI · SENECA

sic I S · V · S ·

Descripsi. Cagnat *rec. de Const.* XXII (1883) p. 9.

Q. Caecili Seneca|[*e*], *S*(*aturno*) *v*(*otum*) *s*(*olutum*) vel potius *Q. Caecili*(*us*) *Seneca* [*c*(*um*)] *s*(*uis*) *v*(*otum*) *s*(*olvit*).

---

858 Sigus.

imago similis atque infra n. 870

QVINTV

QVIN · F

V · S · L

Descripsi.

TERMINI.

859—865. Ad hoc caput rettulimus extra ordinem n. 859. 860. 865, ne a ceteris terminorum titulis separarentur.

859 ad n. 7084: Contuli lapidem praesente et adiuvante Poullio et ectypum sumpsi. — 5 videtur ACCEP. — 6 SEPARAINIV/ (Wilmanns SEPARATI RIVo).

860 ad n. 7085. [Prolato titulo n. 861 apparet hic emendandum esse AG CR AC SEP A P, id est *ag(ri) Cir(tensium) ac(ceptorum?) sep(arati) a p(ublico)*. TH. M.]

---

861 prope Sigus *à 9 kil. N.N.O. dans la propriété de M. Devallois, à Aïn-Sakar, à 6 kil. est du village des Ouled Rahmoun sur la route de Batna* CHABASSIÈRE.

ab una parte litteris maioribus:

A P C

ab altera parte litteris minoribus:

EX AVCT
IMP CAESARIS
TRAIANI HADRIANI
AVG
AGRI ACCEPT CIRT
SEPARATI A PVBL

Ectypum postquam Poullius Mommseno misit, intelleximus veram esse lectionem editam a Chabassierio *rec. de Const.* 1878 p. 381 antea non tam per se quam propter auctorem in dubium vocatam vol. VIII p. 965 in add. ad n. 7084.

[Habemus igitur terminos duos n. 7084 et hunc inscriptos ab una parte iisdem tribus litteris A · P · C, ab altera parte alterum (supra n. 861) sic ut relatum est, alterum (n. 7084) parili fere inscriptione, nisi quod in altero est A PVBL, in altero dicitur esse RIV. Illud rationem habet, scilicet terminatum esse inter a(grum) p(ublicum) C(irtensium) et *agros accept(orum) Cirt(ensium) separatos a publico* et iam factos privatos, quamquam substantivum acceptorum scrupulum inicit. Hoc cum non intellegerem, Schmidtium rogavi ut ectypum mitteret; quod cum obtinuissem, in eo mihi visum est esse SEPARA//A PV/ id est *separa[ti] a pu[b(lico)]*, sic ut requiritur. Verum est tres litteras, quae ita forent APV, tam Wilmannsio quam Schmidtio visas esse RIV, neque facile recedendum est a testimonio eorum qui lapidem viderint. Sed cum hic teneamus eiusdem tituli duo exempla, intactum alterum, alterum laesum, illo standum est. TH. M.]

---

862 in termino alto m. 1,10, lato 0,47; effosso Sigus prope molam Iambon-Gapparoux 3—4 chiliom. a pago qui nunc est distantem.

EX AVCT · P C
ASS I SECVN
D I LEG AVG
A P SIG

Descripsi. Edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 313 ad exemplum Chabassieri.

4 *a(ger) p(ublicus) S(igensium)*. — De P. Cassio Secundo, qui Hadriano imperante Numidiae praesidebat, cf. VIII, 2534.

863 in termino alto m. 0,38, lato 0,47, crasso 0,22, quem nuperrime loco suo rectum invenit Fr. Perrot Siguitanus, cum vineam conderet in fundo suo sito a pagi parte occidentali.

a

in latere ad meridiem et occidentem vergente:

E X A V C T ·
P · C A S S I · S E
C V N D I · L E G ·
AVG · A · P · SIG ·

b

in latere opposito:

A · A · C

Descripsi. Ad meum exemplum edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 313.

b a(gri) a(ccepti) C(irtensium). — Animadvertas rigores in lapidis superficie indicatos.

---

864 in termino, quem invenit loco suo rectum in pascuis Siguitanis, quae sunt prope pagum orientem versus, Debaille pagi magistratus.

a

in latere ad meridiem et occidentem vergente:

E X A V C P C A S S I
S E C V N D I L E G
A V G A P S

b

in latere opposito:

A D S

Descripsi. Edid. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 313 ad exempla et Chabassieri et meum. Nam iste lateris alterius titulum omiserat.

Terminus separabat *a(grum) p(ublicum) S(igensium)*, qui pro indiviso civitati adsignatus esset (cf. Rudorf *röm. Feldm.* II, 396), ab *a(gro) d(iviso) S(igensibus)*, qui a singulis particulatim possideretur.

---

865 Ain-Tinn (cf. n. 8209) rep. *dans un tertre placé entre la route de Milah et la source thermale d'Ain-Tinn.*

A A C

A. Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 194 n. 176[d].

Redit n. 10821 et supra n. 863.

866 Sigus in aedibus Bosoli in opere positus.

IVLI ANICIA
BABVIS · F · VRB
ANA
H · S · E

Descripsi. Cagnat *rec. de Const.* XXII (1883) p. 7.

---

867 Sigus in aedibus Mialou.

M V T T H V
N · V A N
X V

Descripsi.

---

868 Sigus in lapide reperto ad molam Iambon-Gapparoux.

*mem*ORIA*e* ET · INNOCENTIAE
. . . CI QVI VIXIT ANN · V · M · IIII BIDV*o*
et . . . AE FILIAE QVAE · V · M · VII · DIEB · X
E*t pri*MITIVAE CONIVGI MATRI EOR
VM GAIVS · AVG · LIBERTVS · SI · QVI
*a*VTEM · TEMPTAVERIT · EVNDE
M · MONIMENTVM · QVOD
APPELLATVR · PYRAMIS · IN ALI
QVO INFEREVIT FISCO · D · N · I·L·I

Descripsi. Edid. ad exemplum meum Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 316.

5 seqq. *si qui — temptaverit — monimentum — in aliquo, infere[b]it* (= inferet) cet. — 9 fin. quae sunt post D · N = *d(omini) n(ostri)*, certo cognoscere non potui.

---

869 Sigus in lapide posito in viae novae ponte, qui est primus a pago occidentem versus.

IIIS · V · A · LXXV H S E
P · SITTIVS
COCCOIT
CHNVS · V · A
LXXXX


Descripsi.

3 seq. COCCOTE|CHNVS proponit Mommsen.

XLIV. SILA (p. 564. 964).

Titulum qui prodiit ad Uled-Ramûn Silensibus adiunximus.

870 'Ain Mansûra (Uled-Ramûn) repertum domi suae Sigus tenet Debaille magistratus Siguitanus.



*sol*VTOR · SVMVCIS · F · V*s.*
*satu*RNO · LIBES · ANIM*o*

Descripsi.

XLVI. SVBZVAR (*Sadjar* p. 571. 964).

871 ad n. 6002: Contuli ectypum Costae acceptum a Poullio. — 2 seq. SEVERI ANTO|NNiiiiLLICIS cet. — 4 MAXiMI. — 5 *ger*MA*ni*CI. — 6 *m*AXIMI, deinde MAX ◊ TRB.

XLVII. ARSACAL (*el-Gulé'a* p. 573. 965).

872 ad n. 6041: Recognovi. — 9 prima littera est C; hastae parvulae, de quibus dubitabat Wilmanns, postea accesserunt.

873 ad n. 6044: Recognovi. — 9 in. M certum est.

XLVIII. Crypta *ez-Zemma* (p. 584).

Adii cryptam ez-Zemma in monte Schettaba et ex titulis ibi in rupe viva vel incisis vel pictis lectu difficilibus descripsi quot potui, nimirum solis splendore nonnunquam occaecatus. Quorum ex numero hic edidi quindecim emendatos tres, reliquos adhuc ignotos.

874 (= n. 6272).

D E S V A A R
M A E M*il*IVS FE
LIX M*a*G KAS
TELLI PHVEN
SIVM F P P

Descripsi.

1 SVA litterae parum certae sunt; cf. n. 876 v. 3 *Arnes*.

875 (= n. 6290).

G D S ΛΛΛ
A P A G D
P P O R E G I
O N E S N Λ D
R O F L V C I O S
/// I C O S E L
/// D D S O V
/ / / M
F E

Descripsi.

In ed. v. 3 omissus est.

---

876 (= n. 6300).

<V HONO
/// I ATV
Λ R N E S
M A G

Descripsi.

1 an *Honoratus*?. — 3 cf. n. 874 v. 1.

877

G D Λ /
S
r P *p*
C C A E *c i*
L I V S *f e*
L I X M *a g*
P

Descripsi.

2 sitne S an G dubium est.

878

G D A S
R P P MAG
IVLIO CRES
CENTE

Descripsi.

---

879 litteris incisis et pictis.

G D A S
R P P
C I V
L I V S
D O N A
T V S
M A G
/ / / /

Descripsi.

880

C IVLIVS
/ B A ' / /
M A G

Descripsi.
2 [*Ur*]*ba*[*nus*]?.

881

g D A S
r P P V A
Γ M*e*MIVS
f o R T V N
a t u S V F
/ / *m* A G
p A *g*

Descripsi.

882

G D A S
R P P MAG P
P SEX MEΓI
/ VS CAESO
ENS

Descripsi.
3 seq. *Sex. Meti*[*li*]*us Caeso . . .*

883

M *a g* P P
L SEIO / /
N A M P VL O
V S L M

Descripsi.
2 seq. videtur *L. Seio / f. Nampulo.*

884

MAG KAS PHV
SEX SI\T
/ / / IOCIS

reliqua aqua stillante corrupta sunt

Descripsi.

885

G D A V G
S I C M
A C M
A X / /
P Γ / /

Descripsi.

886

G D A
C S R P P
M A G / /
S I V S I / /

Descripsi.

Est fortasse: *G. D. A*[*u*]|*g. s*(*acrum*) cet. — 2 littera secunda sitne S an G, dubium est.

---

887 litteris pictis, non incisis.

C D P H E N
E S V S E M
/ / S I N / O /
/ / M A G
P O

Descripsi.

1 seq. erit: G D PH*u*EN*s*|ES V S L M. — 5 lectionis incertae.

---

888 litteris solum pictis.

C · C A A
T I N I N
V S / /
/ / G I

Descripsi.

XLIX. PHVA (*ʿAin-Fua* p. 586. 965).

889 ad n. 6309. Recognovi. — 4 fin. Ī (non T) = *alae Pannoniorum* (*primae*).

L. VZELIS (*Wedjel* p. 589. 965).

890 el-Melah, inter Ruffach et Ain-Tinn, hospitii parieti immissus.

MERCVRIO AVG SAC
C · PONTIVS · AVCTVS · V · S · L · M

gallus
Mercurius sinistra caduceum et pallium,
dextra follem (?) tenens
canis?

Descripsi. Edid. V. Reboud et A. Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 8.

LI. MASTAR (*Ruffach* vel *Beni-Ziad* p. 591. 965).

891 Beni-Ziad (Ruffach). Adservatur in villa Moris.

V ◊ S ◊ L ◊ A ◊ P ◊ SITTIVS ◊ NOVELLI ◊ FILIVS *rogatus ?*
CVM ORNAMENTIS ◊ A SOLO ◊ EX*truxit*
IDEM*que* ◊ DEDICAVIT ◊

Descripsi. Edid. I. Reboud *rec. de Const.* XX (1881) p. 191 n. 169.

Qui n. 6353 Iovi votum solvit M. [Sitti?]us Fortunatus Rogati fil. Novelli nepos, huius filium esse suspicor.

LII. TIDDIS (*Kheneg* p. 606. 965. 979).

892 ad n. 6704: 1 seq. ex ectypo Costae exscripsi sic: ////IVMI/////// //VSVENVSTI · ///

LIV. CIRTA, postea CONSTANTINA (*Constantine* p. 618. 967. 979).


893 ad n. 7074: Contuli ectypum acceptum a Poullio. — 3 *her*ES · EX cet.

894 ad n. 7101: Recognovi. — 2 in. videtur L. — 5 fin. EQ · *r*; plus una littera non deest.

895 ad n. 7759: Recognovi. — 13 VBI ME IVRAT ESSE D| — 14 *u*BÍ SVM cet.

896 tabula plumbea lata m. 0,095, alta 0,05; rep. in sepulcro prope Constantinam ad viam ferream, quae inde Rusicadem ducit. Possidet qui repperit comes H. de Wilczek Vindobonensis.

b *a*



Delineavi examinatam diligentissime tabulam ipsam a comite de Wilczek mihi subministratam. Ante me edidit C. Zangemeister in ephemeride *Illustrierte Zeitung* Lips. mensis Iuli d. 20 a. 1872 p. 47; a quo videtur pendere qui edidit in ephemeride *revue illustrée des lettres, sciences, arts et industries dans les deux mondes* Paris. a. 1882 p. 208.

a ab una parte daemon qui invocatur incisus est haedi pedibus hirsutis instructus ac laqueis duobus et unco armatus. Adscriptum est

1 supra: . . *aviuli* | . . *tei gutur.* — Lectio non satis certa est; v. 2 *defi-*
babo | w | *o o os*
gitur Zangemeister falso. — 2 a manu sinistra: . . *o*| . . [*a?*]*tur.* — 3 infra: *desumatur,* | *ut facia*(*s*) *il*(*l*)*um sine* | *sensum, sine memo*|*ria, sine ritu* [scil. *spiritu* Th. M.], *sine* | *medul*(*l*)*a,* | *sit vi mutuscus.* — *desumatur* = eum tibi sumas cet., *apsumatur* mavolt Mommsen; quae deinde sequuntur, significant: ne amplius queat aut praesentia percipere (= *sine sensum*) aut praeterita recordari (= *sine memoria*), ut mente et corpore tabescat et quasi umbra fiat (= *sine* [*spi*]*ritu, sine medulla*). — In versu extremo verbi *mutuscus* lectio incerta est. Inter *sit* et *vi* nihil deesse existimo. — *b* 1 . . . . *ento, demando tibi, ut a*(*c*)*ceptu*(*m*) (*h*)*abeas* | [*S*]*ilvanu*(*m*)*q*(*ue*) *puulca*(*m*) *fac*[*i*]*a*(*s*)

et custodias. — ... *ento, demando* (cf. *b* 2 init.): verba duo vel tria per asyndetum iuncta frequenter occurrunt in his formulis cf. Herm. IV, 282: *demando, devoveo, desacrifico* et ibid. II, 462. — v. 2 initium non satis intellego; Mommsen apud Zangemeisterum proponit dubitans *illum anumque involvas*, sed mirum foret anum praeterea non commemorari; *involvas* autem cum litterarum tractibus certis parum convenit. — 2 .... *nto* [*de*]|*mando, ut fa*|*cia*(*s*) [*i*]*lum mo*|*rtu*[*u*](*m*), | *depona*(*s*) | *eum at* | *Tartara.*

LV. INTER CIRTAM ET RVSICADEM (p. 682. 966).

897 rep. in villa *Tournier entre Col des Oliviers et la Khorba des Beni-Ouelbân.*

. . . .
AVG SACR
P · ANTONIVS
NAMPVLVS V · S

Ad exemplum Goytii ed. V. Reboud *rec. de Const.* XXII (1883) p. 170.

898 Khorba Um el-Schûk, *à 600 mètres de la ferme Tournier, au confluent du Ref-Ref et de l'Oued Oum el-Chouk.*

DIVO COMMODO
DIVI M · ANTONINI GER
SARM FIL · FRATRI IMP
CAES L · SEPTIMI SEVERI
PII PERTINACIS AVG · ARAB
ICI ADIABEN PROPAGATOR
IMP PONT · MAX · TRIB
POT · V IMP · VIII COS · II a. 197
. . . .
. . . .

Ad exemplum Goytii ed. V. Reboud *rec. de Const.* XXII (1883) p. 172.

LV*a*. CIVITAS CELTIANENSIVM (*Khorba Beni-Welbân*).

Nomen antiquae civitatis sitae ad rivum el-Meraba, cuius parietinae hodie appellatae Khorba mta Beni-Welbân (tab. II *B d*) titulos antea dederunt n. 7945—7955, nuper innotuit ex titulis tribus, n. 900 *Genio Celtianis* (vid. ad hunc titulum) *Aug.* dedicato, n. 904 quem *Celtianenses* posuerunt, n. 902 ubi nominatur *resp*(*ublica*) *c*(*oloniae*) *C*(*eltianensis*). *Magisterium aediliciae* [*potestatis*] commemoratur in titulo edito 7946, [*ma*]*g*(*ister*) *p*(*agi*), *aed*(*ilis*) *iur. dic.* vel [*ma*]*g.* [*h*(*abens*)] *p*(*otestatem*) *aed. iur. dic.* n. 903. Videntur igitur Celtianenses aevo imperatorio meliore pagi instar fuisse et cum Cirtensibus eadem fere eis intercessisse ratio atque pagis Sigus, Silae, Saddar, Subzuar, Uzelis, Mastar, Tiddis (cf. p. 618). Aetate Septimi Severi iure coloniae videntur donati esse.

899 (= n. 7945).

IMP · CAESARI
DIVI ANTONINI
PII FIL DIVI HADRI
ANI NEP DIVI TRAIA
NI PARTHICI PRONEP
DIVI NERVAE ABNEP
M · AVRELIO ANTONI
NO ARMENIACO
AVG PONT MAX TRIB
POT XV*iiii* COS I*ii* a. 165
D D P P

Descripsi. Edidit Charrier *notice sur les ruines rom. des Beni Ouelban* Paris. 1881, quem libellum non vidi, et E. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 70 n. 43 omisso v. 11; Reboud et Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 176 omisso v. 6.

10 spatium mihi visum est postulare *trib. pot. XVIIII.*

---

900 Khorba Beni Welbân.

GENIO CELTNS
AVG · SACR ·
L MANILIVS L F
Q POTENS QVO
NVMINIS EIVS
ADIVMENTVM
SENSERIT EX HS VIII
S P FECIT IDEM D

Descripsi et ectypum quoque excussi a Poullio subministratum. Edid. Masqueray, qui effodit, *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 48 n. 37; V. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 188.

[3 expectes *Celtiane(n)s(ium).* — 4 *quo* videtur esse pro *quo loco.* TH. M.]. — 7 init. Masqueray dedit PENSERIT, derivans a *pendo,* ut videtur, nimirum nihil curans ferulam Orbilianam.

---

901 in lapide alto m. 1,40, lato 0,60; rep. Khorba Beni Welbân.

IMP · CAESARI
DIVI · ANTONINI · PII
FIL · DIVI · HADRIANI
NEP · DIVI · TRAIANI
PARTHICI · PRONEP
L · AVRELIO · VERO · AVG
ARMENIACO · IMP
II · TRIB · POT · III COS a. 163
II · PROCOS · D · D · P · P

Descripsi. Edid. Masqueray, qui effodit, *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 69 n. 42; V. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 187.

902 in lapide alto m. 1,13, lato 0,62, crasso 0,50, quem effodit E. MASQVERAY Khorba Beni Welbân.

IVLIAE AVG MATRI
CASTRORVM CONIVGI IMP
CAES · DIVI · M · ANTONN PII
GERM · SARM · FIL · DVI · COM
MOD · FRATRS DV ANTONN PII
NEP · DV HADRN PRONEP DVI
TRAIN PATR ABNEP · DV NERVae AD
NEP L SEPTM SEVERI · PERTNACIS
AVG ARAB ADAB PATR MAX PONTF
MAXIMI TRB POT XIII IMP XI COs a. 205
III PROCoS PROPAG IMP FORTIS
SIMI FELCISSIMIQ *Prin. p. p. matri*
IMP CAES L · SEPTMI SEVeRi *pii pe*R
AVG ARAB ADAB PA*rti* MAX *fil.*
DIVI ANTONN PI GERMN
SAR NEPOT DVI ANTONN
PI PRONEP DIVI HADRAN AB
NEP DIVI TRAIAN PARTI
CI ET DIVI NERVAE ADNEP
M AVRELI ANTONINI PII
FELICIS AVG PONT MAX
TRIB POTE*st* VIIII COS II PRO
COS FORTSSIMI FELCISSIMIQ PR
PATR PATRAE NOBLSSIMI ET *su*
*p*ER OMNES PRN NDVLGEN*tissi*
sic *m* O RESP C · C · D D

Descripsi. Antea edidit E. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 49 n. 38, qui tamen vv. 9—12 et 22—26 non expedivit.

12 fin. erat, puto, sic incisum: PRN · P · P MATRI cf. vv. 23 seqq., 14 sic: PATR cf. vv. 7 et 9. — 22 re diligentissime explorata statui in lapide esse vel certe fuisse *trib. pote*[*st.*] *VIIII.* Itaque qui titulum scripsit aut numeros simpliciter corrupisse aut Caracallae tribunicias potestates ab a. 197 censendus est numerasse, non ab a. 198, ut postulabat ratio legitima et sollemnis; cf. tituli cum hoc prope ad verbum congruentis VIII, 6306 v. 18, quamquam ibi consulatuum numerus corruptus est. Porro conferas C. I. L. III, 4452; Wilm. exempl. 992. 1520; titulum Vagensem supra expressum n. 460. — 23 fin. est fortasse PR. — 26 litteras [*m*]*o* ab eo adiectas esse, qui explevit lituram vv. 24 seq., vix est quod moneam.

903 in epistylio longo m. circiter 1,70 rep. Khorba Beni Welbân.

ↄ I B O I I I V S I F Q̲V I R S E N E C I O vi ↄ C I P A E D · I V R · D I C
C R E S C E N T I S · F I L I O R V M · S V O R V M S T A T V I S C O L V M N I S

Descripsi et contuli ectypum acceptum a Poullio. Descripserunt Charrier *notice sur les ruines romaines des Beni Ouelban* Paris. 1881 et E. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 67 n. 40, neuter perite.

1 //LOLLIVS ' F QVIR SENECIO //////// Masq. Inter C (vel G) et P num fuisset littera, in re praesenti mihi non constabat neque docuit ectypum. — Legendum est aut: .... *c?*] *P.* (vel *T.*) *Bottius P.* (vel *T.*) *f. Quir. Senecio* [*ma*]*g*(*ister*) *p*(*agi*), *aed*(*ilis*) *iur*(*e*) *dic*(*undo*) .... [*suo nomine et Senecionis et*] *Crescentis filiorum suorum statuis columnis* [*exornavit* ....], aut, si inter G et P intercidit littera: [*ma*]*g*(*ister*) [*h*(*abens*)] *p*(*otestatem*) *aed*(*ilis*) *iur*(*e*) *dic*(*undo*); cf. n. 7986. — 2 init. potest etiam scribi: [*ob honorem decurionatus Bottiorum Senecionis et*] *Crescentis* cet. vel simile quid. — Vides igitur inania esse omnia, quae de Lolliis Celtianensibus ariolatus est Masqueray. Bottios in hac civitate conspicuum locum obtinuisse confirmatur quattuor Bottiorum titulis sepulcralibus *bull. de corr. afric.* l. l. n. 75. 100. 107. 108.

---

904 in lapide alto m. 0,80, lato 0,42; rep. Khorba Beni Welbân prope n. 903 in ruderum parte meridionali.

/ ɒ O I I *i o* /
F I L · Q̲V I R · S E
N E C I O N I · F I L
O B . M V N I F I
C E N T I A M ᵀ *o t*
I I · S E N E C I O*nis*
P A T R I S · E I *us*
C E L T I A N E N S *es*
A E R E · C O N L A T *o*
P O S V E R V N T D *d.*

Descripsi et ectypum contuli acceptum a Poullio. Edid. Charrier *notice* cet. Paris. 1881 n. III; Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 48 n. 36; Reboud et Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 179.

1 nec prima nec tertia littera fuit L, prima potest fuisse B, tertia T, id quod requirit n. 903; *l*OL*lio* Masq., O . . I Charrier, OI Reboud-Goyt. — 6 prima littera non fuit L, potest esse T, id quod requirit n. 903.

905 in tribus epistyliorum fragmentis rep. Khorba Beni Welbân.

a *b* *c*

| Q · SENE|CIO · EX · HS · | XI vacat

Descripsi. *b* et *c* edidit Charrier *notice* cet., *a b c* Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 68 n. 41; Reboud et Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 177.

Fuit / [*Bottius? / f.*] *Q(uirina) Senecio; Q(uintus) Senecio* solvit Masqueray [1]), imperite.

LVI. COL. VENERIA RVSICADE (*Philippeville* p. 684. 967. 979).

906 ad n. 7969: Recognovi. — 4 fin. in lapide id est quod edidimus IMP · VII ·

907 ad n. 7975: Priorem tituli partem investigavit Villefosse in museo Toulonensi *bull. épigr. de la Gaule* a. 1881 p. 167 seqq., posteriorem, quae nunc est Philippeville in theatro, ipse descripsi. Itaque totus titulus legitur in hunc modum.

PRO MAGNIFICENTIA TEMPORVM
PRINCIPVM MAXIMORVM DOMI
NORVM ORB*i*S VALENTINIANI ET
VALENTI*s* SEMPER AVGG HORREA
AD SECVRITATEM POPVLI ROMANI
PARITER AC PROVINCIALIVM CON
STRVCTA OMNI MATVRITATE
DEDICAVIT PVBLILIVS CAEIONIVS
CAEC*i*NA ALBINVS · V C CONS
SEXF · P N · CONS

908 Philippeville in theatro.

... *i*II · VIR .....
.. *p*ONTIF · PRAEF *i. d.?*
*quin*Q · IN QVINQ*Vennalitate*
*cu*RIIS ......

Descripsi.

---

[1]) [Eidem homini docto fataliter accidit, ut Punicae originis nomen detegeret quod est *Mocimus*, scilicet in titulo MOC FATA|LIS (*bull. de corr. afric.* l. l. p. 90 n. 79, 2) non agnovit quod intellegent vel tirones: *M. Oc(tavius) Fatalis.* TH. M.]

LVIII. Inter *Chullu* et *Mileu* (p. 700. 967. 979).

Titulos eruderatos ex ruderibus, quibus nomen est *Hr. el-Abiod,* huic capiti attribui dubitans. Cum enim illa sita sint in Ampsagae fluminis ripa sinistra prope eiusdem cum *Uledja* fluviolo confluentem, ad Mauretaniam Sitifensem ea revocavissem, nisi obstaret titulus infra n. 911 *III viro* . . *II viro* cet. positus. Nam si is recte exceptus est, rem publicam, ad quam spectat Hr. el-Abiod, coloniam Milevitanam fuisse probabile est et fluvium Uledja Numidiae Mauretaniaeque confinium fuisse. Tuccam, quam Plinius h. n. V, 2 appellat *oppidum impositum mari et flumini Ampsagae,* ad Hr. el-Abiod falso referri (*rec. de Const.* XX a. 1879—80 p. 45 seq.) mihi constat.

909 in ara alta m. 1,0, lata 0,50; rep. Hr. el-Abiod in infimo clivo meridionali.

APOLL*i*
NI AVG
G · M · T

Acceptum a Sergentio ed. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 47 n. 77.

3 compendia solvunt *G(enio) m(unicipi) T(uccensis),* falso, ut dixi in capitis praef. [Versus si recte exceptus est, fortasse significantur tria nomina eius qui dedicat. Th. M.]

---

910 Hr. el-Abiod, in clivo meridionali.

IVLIAE AVG
MATRI
CASTRORVM
ET
AVGVSTI
D D

Ad exemplum Sergentii edid. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 45.

---

911 Hr. el-Abiod.

C · IVLIO *papi*
RIA SODALI
III VIR QVAEST
II VIR FLAM P · P
M · IVLIVS SODA
LIS ET L · IVLIVS
CRESCENS
AVO MERENTI

Descriptam a Sergentio ed. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 47 n. 78.

912 Guelaine in monte Msid Sidi Aïscha.

luna crescens
rosa cor rosa
D M
Q · C A E C I L I
VS · P · FIL · QVIR
V I C T O R I
N V S Q VI P R E
C E P T O P A T R I S
C A R I S S I M I
PARVIT ET MESO
L E VM C VM T R I B
VNAL ET ARALIBVS
PERFECIT · V · A · LV · H · S
E

V. Reboud et Goyt *rec. de Const.* XX (1881) p. 58 n. 121.

[*Tribunal* sepulcri loco ubi offenditur, solet adscribi factum esse *permissu pontificum* (C. IX, 1729) vel *permissu decurionum* (C. IX, 2093); item Germanico ex senatus consulto tribunal factum est Epidaphnae, ubi obierat (Tacitus ann. 2, 83). *Aralia* mihi nova accidunt. Th. M.]

LIX. COL. SARNENSIS MILEU (*Mila* p. 701. 967).

913 (= n. 8202) ita exscripsi ex ectypo mihi subministrato a V. Reboud.

G E N ◇ C O L ◇ M I L ◇
E X ◇ T E S T A M E N
TO ◇ P ◇ S I T T I ◇ A D I V
T *o r i s* ◇ A V G ◇ I N T E
gris HS · $\overline{II}$ · M ◇ $\overline{N}$ ◇ CVRANTE
◇ SITTIA ◇ VITALE · FI*l*

[4 seq. *inte[gris]* cet. significare videtur summam non deducta vicesima, scilicet ut hanc solverit de suo filia heres. Th. M.], cf. 2354, 15: *sestertium octo milibus vicesima p(opuli) R(omani) m(inus)*.

A 8 seqq. M. Aemilium Macrum Saturninum, recte hic agnitum a Villefossio, Numidiae praesidem fuisse a. 172—174 docent complures tituli in Africa reperti cf. VIII p. 1065. — 13 seq. [Quamquam hiatus certo expleri non potest, non omittenda esse duxi haec in quae incidi: *ordinibu[s sum adlectus, cuius natales] mod[o] celebrantur [ad]fectu pari [adi]uncta mihi [coh(orte). Haec] explicui* cet. Th. M.] — 15 in ectypo visus mihi sum videre: ///// O/MOD/, sed ut de O priore dubitarem. — 18 in. littera nulla desideratur. — 21 fin. *[Cogi]|tato* supplevi cum Villefossio. — *B* 1—4 recte supplevit Villefosse. — 12 seqq. *[in] dieb(us) XL fecit Catulus*, scilicet intra hoc spatium damnatus voti, quod in expeditionem proficiscens Thasuno ceterisque deis promiserat, si ab ea salvus regressus esset. — 14 seq. consulatum recte agnovit Villef.

XXXIII*a*. *Ain Sbiba* prope *Frenda*.

1044 Ain-Sbiba (prope Frenda tab. III E *f*), ubi parietinae late patentes ostendunt aetate Romana oppidum fuisse celeberrimum de la Blanchère.

PRO · SALVTE
ET · VICTORIA
ET · REDITV a. 243
GORDIANI AVG
DIIS · IMMOR
TALIB ◊ LIVIAN
◊ PROC ◊

Contuli ectypum parum bonum quod misit Poinssot. De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 122; iterum *voyage d'étude* a. 1883 p. 108; Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* I a. 1882 p. 52.

4 GORDIANIN — 6 fin. LIVIN Poinssot; fortasse est in lapide AVG et LIVIN.

1045 Ain Sbiba; iam Frendae DE LA BLANCHÈRE.

D M S ◇
C A E L I V S
I T A L I C V S
D V P ◇ V E
R N A ◇ S A L
D I T A N V S
M I L I T A V T
A N I S ◇ X X V I
VIXIT ◇ XL · VI
◇ H ◇ S ◇ E ◇

Contuli ectypum, quod misit Poinssot. De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 122 n. 184; iterum *voyage d'étude* a. 1883 p. 108; Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* I a. 1882 p. 51.

Classiarius fuerit necesse est utpote verna.

XXXIII *b. Tagremaret.*

1046 litt. c. 5; Tagremaret, hodie Suik [inter Frendam et Saidam]. Lapidem nuper inventum cum frangerent operae, Blancherius quae supererant servavit.

i O *m*
IVNO REGINA
PRO SALVTE
IMP CAESARIS
M *a*NTONI GOR
*d*IANI INVICT
et FELICIS AVG
PONTIFICI MAX*i*
TRIBVNICIE PO
TESTATIS · PATER
PATRIE IMP VII
COS PROCONSV
SABINIAE TRAN
QVILLINAE AVG
CONIVGI
CATENI...

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 119 n. 182; iterum *voyage d'étude* Paris. p. 105, qui propter numerum salutationum imperatoriarum titulum tribuit annis 243—244.

Casus mire perturbavit quadratarius Maurus.

1047 rep. Suik, litteris m. 0,05.

. . . . SIDE
SACRVM POSVIt
AELIVS · SERVAN
DVS · DEC · PRAEPO
SITVS · COH · II BRE
VCORV *g*OR*di*ANE
III KAL · IAN ARRI
ANO ET PAPO COS a. 243
SALVIS AVGG MVLTIS
ANNIS FELICI
TER ·

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 124 n. 183; iterum *voyage d'étude* p. 106.

1 [*sanctae I*]*sid*[*i*] fortasse. — 5 seq. BRE|VCORVSORIANE sibi visus est legere in lapide de la Blanchère; correxit ipse ut supra legitur.

1048 Tagremaret apud L. Alibert.

D · M · S
AEMILIVS
SVAVIS SIG
MIL COH SE
BR · VIXIS · N sic
X · LIII · M · V
POMPONIA
SECVNDA·B M

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 104 n. 179; iterum *voyage d'étude* a. 1883 p. 104 n. 9.

3 *Sig*(*ensis*) de la Blanchère (cf. n. 10470). [Cum in barbaris hisce partibus saepenumero recedatur a sermonis proprietate, praestat fortasse *sig*(*nifer*), quamquam sequitur *miles coh*(*ortis*) *se*(*cundae*) *Br*(*eucorum*). TH. M.]

1049 in lapide alto m. 1,40, lato 0,56; Tagremaret apud L. Alibert.

· D M S ·
HIC · SITVS · EST · QVONDAM · IVVENIS
GENEROSO NOMINE MILES VL · POP
IATVS QVI Q · REGENS VIRGAM DECVS ET
VIRTVTIS HONOREM GESTAVIT PROLES ·
LAVDANDA · PROPAGINE · LONGA · HIc
MVLTOS DOMVIT STRAVITQ · PER · HOS · VN
DIQ · MONTES · INFANDOS · HOSTES · TEME
RATAQVE · BELLA · SVBIIT · ET · QVID N*on m*VLTI
POTERANT IVVENE*s* HIC · SEMPER · *solus a*
GEBAT · CVM SVAM TOTAM NIMIVM
DEPEND*ere*T IRAM OBVIVS IPSE FVR*o*
PVGNAE ROMANVM · IVVENEM · PER
HOSTICA VVLNERA MISIT IPSE TAM*en*
VICTOR TELIS VNDIQ · CLVS*us* . . . . . .
GENTIS NEQVID · FE . . . .
RENIT IPSE SVIS . . . .
CLADIQ · ET · VITA . . . .

De la Blanchère *voyage d'étude* a. 1883 p. 103; iterum *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 116 n. 178.

3 seq. *Ulp*(*ius*) *Op*[*t*]*atus* correxit de la Blanchère. — 12 seq. *ipse furo*(*r*) *pugnae.*

XXXIV. Inter *Beniân* et *St. Denis du Sig* (p. 834).

1050 Wed el-Hammâm, 18 chil. a Mascara inter sept. et occ.

DEO AETER
NO VOTVM
QVOT PROM
ISIT ROGA
TVS·SABINI L
FECIT PR
CCXXII a. 261

Contuli ectypum, quod misit Poinssot. Tomasini *bull. d'Oran* ser. pr. fasc. 11 a. 1882 p. 124. Demaeght ibid. ser. nov. a. 1884 p. 100 n. 345.

1 seq. cf. supra n. 787 et infra n. 1058. — 5 SABINIL = *l(ibertus)* solus Demaeght. In ectypo L non cernebatur nec tradidit Tomasini.

1051 rep. St. Denis du Sig *à 1 kilom. de la ville sur l'emplacement du marché, deposé à la mairie.*

incohatum? . . . . CONSVMMAVI*t* . . . . . .
*per coh. iiii sy*GAMBRORVM·CV*rauit* . . .
. . . . REGVLVS ❖ PRAES*es m. caes.*

Exscripsi ex ectypo photographico, quod mihi subministravit Demaeght. Demaeght et Poinssot *bull. d'Oran* ser. nov. a. 1882 p. 47.

1052 ex sepulcreto Romano eruderato ad Getnam sitam in territorio gentis Haschem Gharaba in valle fluvii Wed el-Hammâm (*arrondissement de Mascara*) titulos viginti edidit Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 345 seq. Ii a me descripti ad ectypa photographica ab eodem subministrata cum aliis posthac prodibunt in supplemento iusto. Hoc loco sufficiet adnotasse omnes fere certa temporis nota instructos ad quartum quintumve p. Chr. saeculum pertinere.

XXXV. PORTVS MAGNVS (*Arzew* et *St. Leu* p. 835. 975).

1053 rep. Saint-Leu, in indigenae aedibus positus.

GENIO DOM
PRO · SALVTEM
GEMELLI · NOSTRI
M · VIVATIVS · GAL
LVS · VOTVM · SOLVIT

L. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 388 n. 256.

1054 St. Leu.

eques cum clupeo et hasta

D ⋄ M ⋄ S
LVRIVS ROGA
TVS · F · A · M CVI
NON · LICVIT · MILI
TARE · NISI · M · VII
MISSVS · EST · IN
CAM · A · NV · P · M ·
/// ET · OCCIDITVR ·
A · D · VIIII · IDVS · IAN
uarias V · A · XXXIIII
LVRIA · VALERIA · F · FECIT
CV IVS · MORTE COLLI
GERE NON POTVI ·

Descripsi ad ectypum photographicum apud Demaeght et ad chartaceum, quod misit Poinssot. Demaeght *bull. d'Oran* n. s. a. 1882 p. 138 n. 45.

3 fortasse *f(ilius) am(antissimus)*. — 7 init. litterae CA incertae sunt; *in* | *ex(peditionem)* proponit Mommsen dubitans. Deinde est fortasse *manup(u-laris) m(iles)*. — 12 inter CV et IVS exciderit littera an spatium relictum fuerit propter lapidis vitium, ex ectypis statuere non potui. — 13 *morte(m)* fortasse significare *ossa* monet Mommsen.

1055 rep. St. Leu; nunc depositus in oppidi introitu prope portam, qua Mostaganem itur.

eques cum parma et hasta

D ⋄ M ⋄ S ⋄
M ⋄ SILICIVS
CATVS MIL ⋄
AE ⋄ PARo ML ⋄ AN · II
V ANN · XXIIII
MARCVS ET · VAL ⋄
FILO PISSIMo *sic*

Descripsi ad ectypum photographicum apud Demaeght et contuli chartaceum, quod misit Poinssot. Descriptum a Vallois ed. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* n. s. a. 1882 p. 137 n. 44.

4 *mil(es) alae Parto(rum)*. [Debuit esse *eques*. Th. M.]

1056 St. Leu.

LOLIA VITTVNAE QVI IN PA *sic*
CE DOMINICA NOS PRE
CESSIT QVI VIXIT ANNIS P M
XXVIII C IVLIVS ACVTVS
MARITVS EIVS MEMORIA
FECIT P CCCXIII MORITVR XI KAL SEPTEMBRES a. 352

Descripsi ad ectypum photographicum apud Demaeght, qui edidit *bull. d'Oran* a. 1883 p. 272 n. 124.

XXXVI. ARBAL (p. 838. 975. 980).

1057 (= 9792).

imp. caes. l. septimius seuerus pius pertinax aug. arabicus ADIABE | NICVS PA*rthicus maximus*
brittannicus maximus pontifex maximus trib. pot. xvii IMP | XIII COs *iii p. p. procos. et*
imp. caes. m. aurelius antoninus pius aug. pontifex maximus TRIB | POT XII ⊕ I*mp. ii cos iii p. p. pro-* a. 209
cos. arcum (?) *a solo fecerunt suis sumptibu*S REI | PVBLICAE R . . . . .

Descripsi ad ectypum photographicum apud L. Demaeght, qui edidit *bull. d'Oran* a. 1883 p. 386 n. 253.

In titulo supplendo posui eum superne integrum esse, ut mihi visus est in ectypo et tradidit Demaeght. — 2 ea quae sunt *Brittannicus maximus* et spatium videtur postulare et tertia decima, quae adhuc quod sciam non prodierat, acclamatio imperatoria. Quacum melius fortasse conveniret v. 3, qualem ex ectypo equidem exscripsi: TRIB POT XIII (scil. interpunctionis signo omisso ut esset Antonini trib. pot. tertia decima, a. 210), sed cedendum ratus sum Demaeghtio, ut qui lapidem viderit.

1058 in lapide alto m. 1,60, lato 0,70, litt. 0,06; rep. Arbal.

DEI SNCT ÆERNI IVSSV VA
LENTAE INVARÆ APERTIAE Po
MRS DEFWCA AN P M XL
ET AERTIAE VALENTÆ FIL
EIVS QVÆ VIX N V AER
TVS SORCVS VXOR DO
NATVS MR PIISSIME

Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 101 n. 346.

1 cf. supra n. 787 et 1050. — 2 seq. *Pomaris*. Videtur igitur nomen oppidi, quod hodie est Tlemsen, fuisse Pomaria plurali generis neutrius. — 3 fortasse in lapide est *defunctae*.

1059 rep. Arbal; adservatur *à l'entrée de la chapelle de M. de St.-Maur.*

IOVIS OPTIMI MAXIMI AQVILIVS
FELIX SACERDOS DECRETO ORDI
NIS CREA*t*VS *secundum pol*LI
CITATIONEM SV*am templum?* SVI*s*
SVMTIBVS A SOL*o stRuxit et* CONCLV
SIT C IVL DEMETRIO///R COSMNOMO

Descripsi ad ectypa photographicum, quod subministravit Demaeght, et chartaceum, quod misit Poinssot. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* n. s. a. 1882 p. 57 n. 35.

6 partem posteriorem non intellego.

1060 Arbal.

AVRELIO · ANTO
L · SEPTIMI · SEVERI
PERTI · AVG · PATRI
PRO PRINCIPATV
STATVAM QVAM
POLLICITVS EST
SECVNDVM ACTA
PVBLICA · P · VALE
RIVS LONGVS
PRINCEPS
P · VALERI LONGI
PRINCIPIS FIL
POSVIT

Contuli ectypum photographicum, quod fecit Demaeght, et chartaceum, quod misit Poinssot. Demaeght *bull. d'Oran* s. p. fasc. XII a. 1882 p. 20 et *ibid.* n. s. a. 1882 p. 58 n. 36; Poinssot *bull. épigr. de la Gaule* II a. 1882 p. 197.

5 seqq. cf. supra n. 295: *sicut apud acta pollicitus est.*

1061 Arbal; nunc est Oran apud Demaeght.

EQ · aLE · VL
PIE · Ī · CONTAR
IORV · TVR · Ma
RTINI · ST · XIX

Descripsi. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1882 p. 138 n. 46 (cf. *bull. crit.* III a. 1882 p. 140).

1062 Arbal.

M LOLLIO ·. SA
BINO · MARITO
AMANTISSIM
O Q VI · VI · BAV
ARV · PASSVS
EST VIXIT N
XXXI AVRELIA
MAIIORICA · TI
TVLV · FECIT · N CCC
. . CI M LOLLIO F
. . ASO · VIX · N XX/I

Descripsi ad ectypum photographicum apud Demaeght, qui edid. *bull. d'Oran* n. s. a. 1883 p. 208 n. 54.

4 inter Q et V spatium relictum est propter lapidis vitium. — 9 fin. seq. fuit, opinor, sic: N° CCC[XX]CI i. e. 366 p. C. [Sed titulus vix ad saeculum quartum detrudi poterit, quaeque praeterea de Bavarum expeditionibus traduntur composita C. p. 1081, ad tertium ducunt. Magis fuit *n(ummis) CCC..VII*. Th. M.]

XXXIX. ALTAVA (*Hadjar er-Rûm* sive *Lamoricière* p. 841. 975).

1063 ad n. 9842: Recognovi. 7 fin. N P CCCCL.

1064 ad n. 9847: Recognovi. 3 fin. seqq. DIS|SIT ' ' NO MIIAS FR|ATE · DVC · cet. = *dis*[*ces*]*sit* (*pridie*) *no*(*nas*) *Maias frate*(*r*) *du*[*l*]*c*(*issimo*) *fec*(*it*) cet.

XL. POMARIA (*Tlemsen* p. 847. 975).

1065 Tlemsen; rep. *à Agadir dans la propriété Filizzola.*

d M S
. . . . . *cal*P V R N I
*ani eq. ala*E PARTHOR
. . . . COM STIP I!
*uixit anni*S · XVI · M · XI
. . . . . . LI N ER · EIV
. . *pate?* R · P · F

Exscripsi ex ectypo quod misit Poinssot, qui edid. cum Demaeghtio *bull. d'Oran* fasc. 1 a. 1882 p. 61.

4 fortasse [*a*] *com*(*mentariis*). — 5 nota militem factum annorum quindecim.

VIAE PVBLICAE PROVINCIARVM AFRICANARVM.

III*a*. INTER THVBVRBO MAIVS ET HADRVMETVM.

Viae, quae Thuburbo maiore ducebat Hadrumetum (cf. VIII p. 17), latae m. 6,0 repperit vestigia R. CAGNAT (*rapp.* II p. 22 seqq.) prope Hr. Rmirmir distantem a Zaghuân 17 chiliom. inter meridiem et orientem eaque persecutus est usque ad pontem latum m. 7,50, quo transibatur fluvius q. d. Wed Bûl.

1066 columna mil. rep. *en face* (orientem versus) *de la montagne, où est situé l'Hr. Badrîa, à 9 kil. au nord d'Aïn Mdeker;* nunc adservatur Dar el-Bey de l'Enfida.

D N
FLAVIO IV
LIO CRIS
PO NOBILI
SSIMO CA
sic E S I
XXVIII

Mihi misit Franciscus Rambert; Cagnat *bull. des Antiq. de France* XLIII a. 1882 p. 202 et *rapport* II p. 23 n. 28.

7 XXXIII Ramb.

V. THELEPTE THEVESTEM (p. 864).

1067 rep. loco antiquo ad viam qua hodie Theveste itur Gasrîn *au point où l'on va entrer sur le territoire tunisien.*

IMP · CAESAR ·
. . . .
. . . .
PO
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
R*e*STITVE*runt*
XIIII

Cagnat *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1884 fasc. IV p. 4 seq.

VII. CILLIO THEVESTEM (p. 864).

1068 Hr. Brîk, quae sunt parietinae 2 circiter chiliom. disiunctae a Zmala gentis Feraschîsch (septentrionem versus ab Hr. Sidi Bu Aslai tab. II *Fi*), col. miliariam effodi hanc:

D N FL*au*IO MAXI
MO CONSTANTINO
PIO FELIC*i* AVG
BON*o* REIPVB NA
TO
CIL

Descripsi et numeri milium ectypum feci.

CIL in ectypo mihi probabilius visum est quam CLI; in re praesenti utrum esset in lapide mihi non constabat.

Milia scilicet ad Thevestem unde numerentur quaerenti primum Tacapae se offerunt. Sed cum inter Tacapas et Theleptem milia intersint fere CXLII (sic itin. Anton. p. 77; Tissot CXXXV; vid. VIII p. 860), Cillium autem Thelepte m. p. circiter XVIII, Cillio Hr. Brîk plus minus VIII distet, Hr. Brîk Tacapis distat mil. non CIL vel CLI, sed fere CLXVIII. Potius miliarium referendum est ad viam Thysdro Thevestem recensitam in itin. Anton. p. 54. Nam cum inter Thysdrum et Cillium secundum itinerarium interiecta sint m. p. aut CXLV aut itinere paullulum diverso CXXXV, numerus milium, qui efficitur inde addito supra posito a Cillio ad Hr. Brîk proxime accedit ad CIL vel CLI.

VII*b*. AD MACTARIM.

Ab Mactaris oppidi reliquiis 1½ fere chiliom. Chusiram versus inveni quattuor columnas miliarias, tres suo loco rectas, quartam humi prostratam. In omnibus I numerus servatus est. Unius titulus prorsus deletus cum speciem eandem prae se ferat atque qui infra legitur n. 1076, cum ad M. Iulium Philippum eiusque domum spectasse crediderim. Altera columna habet tredecim versus item deletos. Tertia quartaque hae sunt.

1069 bis scripta, sed utraque scriptura deleta est.

IMP CAES///////MAXIMI

sequebantur vv. 12

Erat igitur fortasse [*C. Iul. Veri*] *Maximi*|[*ni*].

1070

D N
FLaVI*o claudio*
IVLIANO
NOBIL*issimo*
CAES
I

Descripsi.
2 sic excepi: FL · IVLIO (cf. infra ad n. 1112); sed fortasse erravi.

1071 rep. Macter.

DIVO
GALERIO
MAXIMO
NOB
CAES
I

Exceptum a Danjean ed. A. Farges *bull. d'Hipp.* XVIII a. 1883 p. 67.
[Corrige D · N · GALERIO MAXIMIANO vel MAXIMINO. TH. M.]

1072. 1073 columna miliaria bis inscripta, loco antiquo recta 2½ fere chiliom. a Mactari oppido inter meridiem et orientem prope tabernacula principis Arabici (*Schikh*) Salah ben Belgessem.

a

PRO *sAluTE* ET
INCOLVMITATE
D D N N
DIOCLETIAN*i* ET *maxi*
MIANI AVGG
$\overline{II}$

b

D N · FL
VALENTINIANO P F SP
AVG
$\overline{II}$

Descripsi.
Priore titulo deleto Valentiniano dedicata est. Numerus integer relictus est itemque v. 1 A littera, ut a qua incipiat *b* v. 3. — *b* 2 est *s*(*em*)*p*(*er*).

1074 rep. in via Mactari Chusiram *après avoir franchi l'Oued Ousapha.*

D N
CONSTANTINO MAXIMO
VICTORI SEMPER AVG
BONO R P NATO
II

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. IX p. 2.

Columnam loco suo motam esse apparet. — 4 cf. n. 10035. 10050. 10064. 10306 et supra n. 1068, infra n. 1078.

1075 rep. in via Mactari Chusiram *à 800 mètres environ de l'Oued Ousapha avant d'entrer dans le défilé.*

D N
imp. FLAVIO CLA
VDIO IVLIAN
O PIO FELICI
SEMPER AG*u*STO
II

Descriptum a d'Aubigny edidit Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. VI p. 12.

2 init. traditur B FLAVIO cet. — 5 fin. AGSTO.

1076. 1077 ad viam qua hodie Mactari Chusiram itur in tumulo 1½ circiter chiliom. distante a columna n. 1078 tres investigavi columnas miliarias antiquo illas quidem loco positas, sed subversas et terra coopertas. Ex quibus duas effodi et descripsi, tertiam ut crueremus et inverteremus frustra enixi sumus.

1076

pro salute imp. caes. m. iul
philippi pii FELICIS *aug.*
PONT MAX TRIB POTEST C*os*
P P PROCOS ET M IVL PHILI*p*
PI NOBILISSIM*i* CAES PII F*e*
LICIS AVG *pr*INCIPIS IV
VENTVTIS ET MARCIAE
OTACILIE *s*EVER*ae au*
G*u*STAE CONI*ugis d. n.*
MATRIS CASTRORVM
ET SENATVS TOTIVS
QVE DOMVS DIVINAE
EORVM
III

Descripsi.

Titulus quamvis excepto milium numero totus deletus sit, pleraque certo leguntur.

1077 columna longa m. 2,40.

PRO SALUTE ET
INCOLUMITATE
D D N N
DIOCLETIANI ET MAXIMIANI
AU · GG
III

Descripsi. Ad ectypum missum a d'Aubigny ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. VI p. 11, descriptum ab Espérandieu emendatius ibid. fasc. VIII p. 8.

1078 Chusira Mactarim proficiscens 8 fere chiliom. ab illa col. miliariam inveni humi iacentem, ab antiquo loco non longe amotam, inscriptam in hunc modum:

D I
I / V I
ONSTA
OBI
\C FILIC
CAES
REI PVBL N
IIII

Descripsi.

D. [*n.* | *Fla*]*vi*[*o* | *C*]*onsta*[*ntio* | *n*]*obi*[*lissimo*] | *ac felic*[*issimo*] | *Caes*(*ari*) | [*bono*] *rei publ*(*icae*) *n*[*ato*].

1079—1081 ad viam, qua hodie Mactari itur Mididi (*Hr. Méded*), loco tribus circiter chiliom. a ruderibus Mactaritanis distante columnam miliariam inveni ter inscriptam. Titulus alter initium primi, tertius mediam partem alterius absumpsit et in eius locum successit. Titulus alter praeterea totus deletus est, partim primus.

1079

/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / *et*
IMP CAES / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / / / / / / /
/ / / P · P · PROCOS · COS · II a. 248
/ / / / / / / *otacil*IE
/ / / / / / / / / / / / / / *to*
TIVSQVE · DOMVS · DIVI
NAE EORVM · MILIARI
COS ⌒ S

Descripsi.

Fuit, opinor, M. Iuli Philippi eiusque filii et coniugis. — V. 14 seq. *miliari*[*a*] *co*(*n*)*s*[*tituta*] *s*[*unt*], cf. n. 10359.

1080

PRO SA*lute* *e*T *i*N*colu*
MITA*te d. n. gal. ualeri*
MAX*imiani* N*obilis*
SIMI *felici*SSIMI
5 Q̲VE *caesaris*

Descripsi.
Titulus quamvis erasus tamen legitur.

1081

D N F L
H O N O
R I O P F
S · P A V G

Descripsi.

1082 rep. Kudiat el-Khil (Uled Ayâr) *dans une hutte arabe* CAGNAT. Cum superioribus ex coniectura coniunxi.

D D N N FLAV*i*O CONSTANTIN
*e*T GAL*erio ualeri*O MAXIMI
AN · NOBILISSIMI CAES sic
ARIBVS AVGG
5 IIII

Exscripsi ex ectypo mihi misso a Cagnato, qui edid. *rapport* II p. 150 n. 245.
1 seqq. CONSTANT|IO II GALIIIO MAX*i*MI|AN*o* NOBILISSIMIS cet. Cagnat.

X. CARTHAGINE THEVESTEM (p. 865. 977).

1083 ad n. 10062: Recognovi fragmenta iacentia ad puteum novum a loco in quo est n. 10061 3 fere chiliom. distantem; *a* sic excepi:

IS IN
PII *leg iii a*VG
P ME*tili*O SECVNDO
LEG · *au*G PR · PR

b sic: XXXXIII i. e. XXXXIII. — *a* 1 fortasse latere *theu*ES*t*EM me monet Mommsen. — 2 *p*[*er leg. III A*]*ug*.

1084 ad n. 10063: Recognovi. 1 seq. II*t*/ AEIA*te et incu*RIA cet.

1085 (= 10075) ʿAïn Edja. Partem alteram descriptam ab Espérandieu ed. Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. VI p. 10.

VSQVE AD FINES NV
MIDIAE PROVINC
LONGA INCVRIA CORR
ATQ· DILAPSAM RES
5 TITVERVNT
LXXXII

1086 (= 10089) rep. inter Bordj Messaudi et Kef.

PACATISSIMO
IMPE · CAESA
TACITO · CLAV
DIO AVG
5 F·ELICI
NOSTRO
ANN
CXXVIII

Exceptum a Danjean ed. Farges *bull. d'Hipp.* fasc. XVIII a. 1883 p. 66. Repetivi quae traduntur. Titulus imperite exceptus idem esse videtur ac n. 10089.

1087 ad n. 10091: milium numerum CXX addit Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. VI p. 6.

1088 ad n. 10103: Recognovi. — 2 utique non est AVGVSTO; ego sic excepi 2 seqq. / AVI / — Deinde: D N F*l*

II CLAVDI*o*
CLXX IVLIAN*o*
SEMPER
AVG
c///

1089 ad n. 10959: Recognovi iacentem ad viam Ammaedaram versus $2\frac{1}{2}$ fere chiliom. post n. 10103.

1090 columnae miliariae fragmentum rep. Carthagine in ipso colle, ubi est S. Ludovici aedicula.

*i*MP · CAES ·
*fl. uale*R · CONSTANTINO ·
pio F E L I C I
a u g

Descripsi.

1091 Tunete *servant de seuil à l'entrée du fort de Filfil, intérieurement.*

imp. d. n. flauio
ualerio cons
TANT*in*O M*ax*
INVI*ct*O AVG *pon*
IIFI*ci m*AXI*mo*
TRI*b. pot.* COS
III

Cagnat *rapport* p. 144 n. 235.

1092 rep. Hr. el-Djemel (cf. n. 10056) sive, quod idem est, Hr. el-Auinia, nunc loco suo mota humi iacens iuxta n. 10056.

imp. caes. m. aure
LIO M*axi*MIA*no*
PIO *fe*LI*ci* AVGV*st*O
XIII

Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* II a. 1882 p. 66 et *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 69 n. 10.

1093 rep. Hr. el-Djemel sive Hr. el-Auinia.

IMP CAES C VIBI*us tre*
BONIANVS GAL*lus in*
*u*ICTVS PIVS *felix* AVG
PON*ti*FEX MA*ximu*S
*tri*BVNICIAE PO*testa*
tis COS P *p. procos. et* a. 251
*c. ui*BIVS GA*llus uolu*
sianus cet.

Cagnat *revue crit.* a. 1881 p. 60 et *bull. épigr. de la Gaule* II a. 1882 p. 66 et *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 69 n. 11.

6 P post COS traditur ut incerta; fuit fortasse COS II, ut titulus spectet ad a. 252/3. — Numerus milium fuit aut XIII aut XIIII.

1094 Hr. el-Auinia.

INVICTIS
ET PERPETVIS
IMPP
DIOCLETIANO ET
MAXIMIANO
AVGG
COL SEP VAG

Gasselin et Cagnat *arch. des miss. scient.* IX (1882) p. 67 n. 8.

Quomodo hoc loco prodire potuerit miliarium coloniae Vagensis difficile est explicatu.

1095 rep. loco antiquo Hr. el-Arfauin, ibi fere ubi est n. 10061.

D N VALERIO LICINI
ANO LICINIO IVN
NOBILISSIMO CAES
COL VALLIS NVMI
NI EIVS DEVOTA

Gasselin et Cagnat *arch. des miss. scient.* IX a. 1882 p. 71 n. 14.
Cf. vol. VIII n. 1274. 1275.

1096 Hr. el-Arfauin iuxta eam quae praecedit.

X*xx*XII

Gasselin et Cagnat *arch. des miss. scient.* IX a. 1882 p. 71 n. 13.

1097 columna miliaria longa m. 2,18; rep. Hr. Gamarti in regione quae dicitur Gubellât, iacens iuxta puteum hodie exsiccatum.

IMP · CAES
M · ANTONIVS
GORDIANVS
DIVI GORDIANI
NEPOS · DIVI · GOR
DIANI · SORORIS
FILIVS · PIVS · FELIX
AVG · PONT · MAX
TRIB · POTESTAS sic
CONS III PROCON
P · P

Descripsi. Cf. 10079 et propter locum 10065. — 10 CONS III errore, puto, pro CONS II.

1098 rep. 'Aïn Gharsa prope Bordj Messaudi (= Thacia) DANJEAN; Hr. el-Allauna *à 1500 m. à l'Est de Bordj Messaoudi couronnant un mamelon* POINSSOT.

PACATISSIMO
IMP L DOMI
TIO · AVRELIA
NO · INVICTO
PIO FEL
AVG Ñ
LXXXXIIII

Mihi misit Poinssot. Descriptum a Danjean ed. A. Farges *bull. d'Hipp.* fasc. XVIII a. 1883 p. 65.

1 .....SSIMO — 2 om. L — 7 XXXXIIII Danjean.

1099 Kef.

D D N N
*fl*AVIO VALERIO
COSTANTINO
/ / / / / / / /
/ / / / / / / /

Descriptum a Roy ed. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 189 n. 8. Nomen Licinii erasum est.

1100 Kef, *au marabout de Sidi Hamza.*

D N D sic
FL CLAV
DIO IVLIANO
P · F · SEMPR
AVG

Ad exemplum Royi ed. Cagnat *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 189 n. 7.

1101 rep. Kef in curte aedium privatarum; nunc adservatur in museo.

D N
FL · CLA*u*
DIO IV*li*
ano p. f. sem
per aug

Descripsi. Cagnat *rapport* II p. 57 n. 77.

1102 Hr. Hendassa *à environ 1500 mètres à l'ouest d'Hr. Forna* (vid. n. 10098).

IMP CAESAR
M AVRELIVS
ANTONINVS
PIVS ◊ AVG PARTHI
CVS MAXIMVS BRI
TANNICVS MAXIMVS
GERMANICVS MAXI
MVS ◊ TRIBVNICIAE
POTESTATIS XVIIII a. 216
RESTITVIT
CLIII

Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 265 n. 107.

1103 rep. Ksar Gurai iuxta n. 10103.

d. n.
M *flauio*
V *aleri* O
CONSTANTIO
NOBILISSIMO
5 CAES · AVG

Descripsi.

XII*a*. AD SIMITTHVM (p. 977).

1104 ad n. 10960: Repetivit descriptum ad lapidem et ad ectypum Delattre *revue arch.* XLI a. 1881 p. 225 n. 2 et ibid. XLII p. 23 seq. — 3 PARTHICI — 5 TRAIANVS — 10 SIMITTV — 11 fin. FE*c*.

1105 Schemtû.

VIAM A SIMIT*tu*
VSQ · THABRACAM *f.*
I

Delattre *revue arch.* XLI a. 1881 p. 224.

1106 columna rep. loco suo recta 3 fere chiliom. a Simitthu.

. . . .
VIIA . . . .
. . . . *si*MITTV
. . . . *de*V*o*TA
I I

Delattre *revue arch.* XLI a. 1881 p. 225.
3 traditur FVDTA.

1107 ʿAïn Ksira *à une lieue* (*au nord*) *du centre de Chemtou* DELATTRE; *dans les ruines d'un poste entourées de celles d'une ville* TISSOT.

VIA*m a simittu*
VSQ · THA*bracam f.*
I I I

Tissot et misit Mommseno et ed. *bull. épigr. de la Gaule* I a. 1881 p. 98 et *comptes-rendus de l'acad.* a. 1881 p. 77; Delattre *revue arch.* LXII a. 1881 p. 23 n. 27; Cagnat *arch. des miss. scient.* IX a. 1882 p. 151 n. 252.

1108 ad fontem ʿAïn Gâga inter Simitthum et Fernânam.

imp. caesar
diui traiani
parthici fil.
diui neruae nep
traianus
*hadrianu*S AVG
PONTIF MAX
TRIB POTEST XIII a. 129
COS III P P
VIAM A SIMITT*u*
usq. THABRACAM FEC

Cagnat *rapport* II p. 136 n. 225.

5 fin. SIMITTH — 6 in. AD pro *usq.* in exemplo suo Cagnat, errore, ut ipse censet. Idem cum prope Fernânam reppererit eiusdem viae miliarium decimum tertium (infra n. 1109), intervalli ratione habita quod est inter hunc locum et ʿAin Gâga, hunc VIII vel VIIII lapidem miliarium censet fuisse.

1109 rep. *au marabout de Sidi-Douidoui, environ à 1 kil. du camp de Fernâna, à l'ouest.*

imp. caesar
*diui trai*ANI
ꟾ AR*thic*I FIL
DIVI *ne*RVAE NEP
TRAIANVS
HADRIANVS AVG
PONTIFE*x Max*
TRIB POTES*t. xiii* a. 129
COS III I *p*
VIAM A SIM*ittu*
*u*SQ THABRACA*m fec.*
XIII

Cagnat *rapport* II p. 136 n. 226. Non diversus est, puto, quem descriptum ab Espérandieu habes *bull. d'Hipp.* XVIII a. 1883 p. 115, licet milium numerum hic auctor esse contendat X.

1110. 1111 rep. *à 1 kil. environ avant d'arriver (de Fernâna) au pied de la colline couronnée par la koubba de Sidi Abdallah* Cagnat; *au Fedj el-Meridj clairière située à 4 kil. environ d'Ain Draham* Vincent; *à 8 kil. sud d'Ain Draham* Monti. Antiquior titulus n. 1110, qui est a sinistra recentioris n. 1111, ex parte deletus est.

1110
magnis et
I*nuictis*
Γ *d. n n.*
IM*pp. caess.*
C *Aurelio*
VA*lerio*
diocletiano
PIO *fel. aug.*
PON*t. max. tri*
BV*nic. potest.*
P P PRO*cos*
et A*urelio*
ualerio ma-
ximiano cet.

1111
D D N N
FLAVIO
VALERIO
CONSTAN
TINO ET
LICINIO
LICINIANO
P P AVGG
XVIII

Vincent *bull. d'Hipp.* XVIII a. 1883 p. 117; descriptum a Monti Papier *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. V p. 16; ad Vincentii exempla collata cum lapide Cagnat *rapport* II p. 137 n. 227 quem sequor.

n. 1111 milia a Thabraca inde numerata esse propter locorum intervalla conicit Cagnat. — 8 *p(er)p(etuis) Augg.*

1112 rep. ad callem, quo ab ʿAïn Draham nunc Thabracam itur, 1½ fere chiliom. a Francogallorum castris ad sinistram.

FLAVIO CL
IAVDIO CO sic
*n*STAN
TIO
NO
B CS

Cagnat et Vincent in illius *rapport* II p. 138 n. 228.

De lectione dubito, cum lapis valde detritus sit; cf. n. 8475 et quae in add. ad hunc titulum animadvertit Mommsen.

1113 rep. *le long de la voie ferrée et à 200 m. environ avant d'arriver à la station de Sidi-Meskîn,* scilicet venienti a Sûk el-Arba. Nam ut Sidi Meskîn est tertia, sic haec est quarta statio viae ferratae, quae a Ghardimau ducit Tunetem. Nunc est Tunete in hortis aedium ministri Francogallorum.

DIO
*iul*IAN*o semp*ER
*au*G COL.. IVN
VSVDA DEVOTA
MAIESTATI ΓVS
! V ! A E ! !
DEVOIA
! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! !
! ! ! ! ! ! !
! R ! ! ! ! !
! VR . . . NO
COS

Descripsi et ectypum sumpsi. Cagnat *rapport* II p. 98 n. 174.

[*D. n. Flavio Clau*]*dio* [*Iul*]*ian*[*o semp*]*er* [*Aug.*] *col*(*onia*) . . [*Th*]*unusuda devota maiestati e*[*i*]*us.* — Reliqua vestigia sunt tituli prioris deleti. — 13 [*miliaria*] *co*(*n*)*s*[*tituta*] cf. supra 1079.

Thunusidense Plinius numerat h. n. V, 4 inter oppida civium Romanorum collocans inter Simittuense et Tuburnicense. Apud Ptolemaeum IV, 3, 30 est Θούνουσδα. In collatione Carthag. Harduinus conc. I, 1078 D commemorantur episcopi *Tunu*(*su*)*denses*; Victor Vit. I, 42 agit de sacrilegiis a Vandalis *Tunuzudae* perpetratis.

1114. 1115 in col. miliaria rep. Schemtû ante aedes Sovetii, qui lapidicinis hodie praeest.

a

D N FLAV
DELMATIO — a. 335–337
NOB · CAES
COL · SIMITTHVS
DEVOTA
I

b

IMPP CAESS
sic FFLL · VALENTI
NIANO ET VALEN — a. 364–367
TE AVGG DEVOTA
SIMITTHVS
I

Descripsi. Delattre *revue arch.* XLIV a. 1882 p. 242 n. 57; Cagnat *rapport* II p. 113 n. 192 et 193.

Titulus posterior inscriptus est inversa columna in parte priori opposita. — *b* 3. 4 VALENTI Cagnat. — Nomen oppidi in titulis adhuc erutis omnibus *t* duplici scribitur; etiam n. 1261 huic regulae non obstat.

1116 col. miliariae fragmentum rep. Schemtû *en face de la maison de M. Sovet* Cagnat; *dans les grandes chambres qui se remarquent au front sud de la carrière* Delattre.

prin⌣II I ⌣ *n*
*ma*GNENTIO a. 350–353
*se*MPER AVG
*c. i*VL N SIMIT
*t*HVS · DEVOT
I

Descripsi et ectypum sumpsi. Delattre *revue arch.* XLIII a. 1882 p. 288 n. 50 (cf. Héron de Villefosse *ibid.* p. 292 qui ad Valentem revocat); Cagnat *rapport* II p. 114 n. 194.

6 numerum non vidimus Delattre et ego. — Magnentii titulus in Africa adhuc nullus prodierat; Decentii fratris extant n. 10169 et infra n. 1118. — Porro ex hoc titulo adsumpto altero n. 1261 discimus nomen oppidi Simitthus plenum: [*c*(*olonia*) *I*]*ul*(*ia*) *N*(*umidica*) *Simitthus*.

1117 in col. mil. rep. chiliom. uno a Simitthu ad viam, qua itur Bordj Halâl.

IMP CAES
FLAVIO CLAVDI*o*
IVLIA*n*O AVG
si ΛITTVS D*e*
VOTA
I

Cagnat *rapport* II p. 100 n. 178.

XII*b*. SICCA THAGASTEM.

1118 rep. Hr. el-Getât, quae sunt rudera 2 fere chiliom. a Sicca ad viam Romanam Thagastem versus.

D N
MAGN
O DECEN
TIO CESAR
P · F SEMPER
aug. N / / / /
/ / / / / / / /

Roy. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 217 n. 501.

Cf. supra ad n. 1116.

1119 in planitie Zaruria in parietinis 2½ circiter chiliom. a castello Sidi Yûsef distantibus inveni col. miliariam litteris prope evanidis:

/ / / / / / / VCIIO
/ / / / / IAVO / / /
/ / / / / / Г / / /
/ / / / / / / / / /
/ / / / / / / / / /
OCI

Descripsi.

XII *c*. AD THAGASTEM.

1120 rep. Wed Scham (cf. supra ad n. 822) REBOUD. Nunc est Sûk Aghâs in museo.

imp. caes.
m. aurelius
antoninus
pius felix
augustus
parthicus
MAXIMVS
*b*RITANNICVS
MAXIMVS
GERMANICVS
MAXIMVS
PONT MAXIMVS
TRIB · POT · XX a. 217
IMP III COS IIII
PATER PATRIAE
RESTITVIT

Descripsi. V. Reboud *rec. de Const.* XXII a. 1883 p. 105. Pertinet puto ad viam Thagaste Hipponem Regium.

XIII. INTER THEVESTEM ET HIPPONEM REGIVM (p. 875).

1121 ad n. 10118: Recognovi. — 13 seqq. sic excepi:

NICI MAXIMI //////
AVRELIO SEVe /////
RO LT ////////////
// PIO FELICI /////

20 TIS /// COS //// — 22 KARTHAGINE M *p*... — 25 fin. M̄ · P · C /. Titulus videtur primum Elagabalo dedicatus fuisse, deinde eius nomine deleto (cf. n. 10124) *Severo* [*Alexandro*], ut v. 14 extr. vacuus maneret; *Alexandro* posthac item erasum est.

XIV. THEVESTE CIRTAM (p. 876).

1122 Hr. Scheragrag.

ANNICI MAX
GERM MAX
ADIAB MAX
VREL
VS PIVS FEL
PONTIF M
COS III
P P

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 316 n. 345.
Est Elagabali supplendum sic: [*Imp. Caes. divi Septimi Severi* cet. *nep., divi M. Aureli Antonini Pii Parthici max. Britt*]|*annici max.* | *Germ. max.* | *Adiab. max.* [*fil.,* | *M. A*]*urel.* [*Antonin*]|*us Pius Fel.* [*Aug.*] | *pontif. m*[*ax. trib.* | *pot. III*] *cos. III* | *p. p.* Eadem est n. 10124. 10267. 10295.

XV. INTER GADIAVFALAM CALAMAMQVE ET SIGVS CIRTAMQVE (p. 878).

1123 (= 10157) exscripsi ex ectypo, quod Poullio dedit Séjourné.

IMP · CAES ·
m AVRELIO CARO
*in*VICTO PIO FELI
ci AVG · ET M · AVRE
*li*O · C*a*RINO · ET M
*au*RELIO · NVMERIA
no NOBILISSIM*is*
*c*ÆS · S · S ·

1124 ad n. 10158: Contuli ectypum acceptum a Poullio. — 8 cur postea additum esse dicat Poullius, non perspicio.

1125 ʿAïn el-Bordj.

IMP CAES PVBLI
O LICINIO VA
LERIANO
INVICTO PIO
FELICE AVG P P
ET IMP CAES · P · LICI
NIO · GALLIENO
INVICTO PIO
FELICE AVG
P P
XXXVII

Descripsi. Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 318 ad exemplum Chabassieri mendosum in vv. 1. 2.

XVI. INTER THEVESTEM ET THAMVGADI (p. 879. 977).

1126 ad n. 10182. Principium sic: [*d. n. imp. caes. mar*]CO AVRELIO legit explevitve Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 268 n. 234. Idem monet distinguendum esse inter viam, ad quam pertinent n. 10181 et 10182, ducentem Thevestem per vallem el-Fedj inter montes Schettaba et Tafrent, et alteram ab illa monte Schettaba separatam, qua Mascula ibatur ad stationem Vazaivitanam per Hr. Tazugart.

1127 ad n. 10204: columna reperta Timghâd ad portam septentrionalem, quam edidit Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 353 n. 91, videtur esse ipsa haec, quam in Corpore repetivimus ut edidit Masqueray; is omisit v. extremum COS PROCoS.

1128 rep. Khenschela *près de la gendarmerie.*

IMPPP DDD NNN
P LICINO VALERIN*o*
ET P LICINIO EGNATI*o*
GALLIENO PIIS FELIↃ · AV sic
GVSTIS ET P CORNELI*o*
LICINIO VALERIANO NO
BILISSIMO CAESARI
ET CORNELIAE SALO
NINAE AVG

R · P · M · M ·

A. Farges *bull. de l'acad. d'Hipp.* fasc. XVIII a. 1883 p. 22 et *bull. des Antiq. de France* XLIII a. 1882 p. 274.

2 VALERIN — 3 EGNATI. — 5 CORNELI traditur. — Posita est vivo filio Gallieni maiore. V. extremus si recte exceptus est, posuit miliarium *r(es) p(ublica) m(unicipum) M(asculitanorum)*; at titulum Masculitanum n. 2239 Marco et Vero dedicarunt *coloni.*

XVII. THAMVGADI LAMBAESEM (p. 883).

1129 in columna effossa Timghâd ad arcum triumphalem.

IMP CAES
M AVRELIO
CLAVDIO IN
VICTO PIO FE
LICI AVG
PONT · MAX
TRIB POT · P P a. 268-70
COS · PROCoS
RESP C*ol*
THAMVG

Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 353 n. 92.

1130 in columna rep. Timghâd ad arcum.

DDD · NNN
INVICTISSI
MORVM
PRINC*ipu*M
VALENTINI
ANI VALEN a. 367–75
TIS ET GRATI
ANI SEMPER
AVGGG ·

Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 355 n. 98.

1131 col. mil. rep. Timghâd iuxta n. 1129.

ex auctoritate
DDD NNN
INVICTISSI
MORVM PRIN
CIPVM VALENTI
NIANI THEODO a. 388–92
SI ET ARCADI SEM
PER AVGGG

Poulle *rec. de Const.* XXII (1883) p. 355 n. 97.
Initio aliquid periisse non traditur.

XXI. CIRTA RVSICADEM (p. 891. 977).

1132 ad n. 10324: Recognovi. Litterae sunt optimae aetatis. — 1 seq. est, ut coniecit Mommsen: VIA · IT
LARCIO · PRISC*o*

Vide supra n. 696.

1133 rep. *dans les fondations de la ferme Ottavi près Bizot, placée dans la cour de la ferme.*

*ex auct*ORITATE
IMP · CAESARIS · TRAIANI
HADRIANI · AVGVSTI · VIÆ
NOVÆ · RVSICADENSIS
R · P · CIRTENSIVM · M
CONSTITVIT
P · M · VI

Descriptum a Lagler Parquet ed. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* a. 1882 p. 134 n. 41.

Extrema si recte excepta sunt, sic solve: *m(iliaria) constituit. P(assuum) m(ilia) VI.* Cf. n. 10359 et supra 1079. 1112.

1134 rep. ad fluvium, qui d. Kara-Ali, $1\frac{1}{2}$ chiliom. ab huius fluvii et alterius, cui nomen est Wed Smendû, confluente. Nunc adservatur Smendû in hortis publicis.

IMP CAES
M IVLIVS PHI
LIPPVS PIVS
FELIX INVIC
TVS AVG PONTI
FEX MAXIMVS
TRIBVNICIAE
POTESTATIS
COS P P *p*ROCOS ET
m. iul. PHIL*pp*
VIAM IMBRIBVS
ET VETVSTATE
CONLAPSAM CVM
PONTBVS RESTTVERVNT
XIIII

Descripsi ad lapidem, item ectypum contuli, quod subministravit Goyt, qui edid. *rec. de Const.* XXII (1883) p. 155.

Lapidis fracti partibus duabus nunc calce conglutinatis v. 10 recte legi nequit. Sed qui columnam antehac vidit Goyt testatur et quae ipse recognovi litterarum vestigia confirmant Philippi iunioris nomen sicut ET v. 9 minoribus litteris scriptum et inter vv. 9 et 11 interpolatum esse eadem ratione, quam observamus in VIII, 10299.

1135 rep. ibi ubi n. 1134; nunc Smendû in hortis publicis.

IMP CAESAR
M ANTONI
VS GORDIA
NVS PIVS FE
LIX INVIC
TVS · AVG PON
TIF · MAXI
MVS TRIB PO
TEST II COS
P P PROCONSVL
V*iam i*MBRI
BVS ET VETVS
TATE CONLAP
SAM CVM PON
TIBVS RESTITVIT

Descripsi. Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 158.

11 litterae quae desiderantur calce tenaci obtectae sunt.

1136 rep. ibi ubi n. 1134; nunc Smendû in hortis publicis.

IMP CAESAR
M ANTONI
VS GORDIA
NVS PIVS FELIX
INVICTVS AVG
PONTIF MAXI
MVS TRIB PO
TEST II COS
P P PRO COS
VIAM IMBRIBVS
ET VETVSTATEM CON sic
LAPSAM CVM ION sic
TIBVS RDICNIT sic

XIIII

Descripsi. Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 158.
13 fin. lapicida *restituit* incidere coepit, sed in verbum [*de*]*dicavit* aberravit.

1137 rep. ibi ubi n. 1134; nunc Smendû in hortis publicis.

IMP · CES ·
C · VALERIO · D
IOCLETIANO
INVICTO · PIO
FELICI · AVG
PONTIF · MAX
TRIBV PRO *cos* sic
VIAM

Descripsi diligentissime et ectypum feci. Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 154.

1138. 1139 rep. procul dubio ibidem ubi n. 1134 seqq.; nunc adservatur cum superioribus. Litterae sunt admodum rudes.

a

galerio uale
RIO MAXI
MINO INVI
CTO PIO FELICI
sic AGVSTO

b in latere opposito:

I L I
O NOB
CAES XIIII

Descripsi.
Maximini Augusti titulum ex Africa adhuc nullum habueramus. [Scilicet Maximinus cum Augustus crearetur a. 308, Africa Maxentio parebat; sed hoc devicto a. 312 et fortasse paullo ante in Africa una cum Constantino et Licinio Maximinus agnitus est (cf. III, 5565. V, 8021*a*. 8060. 8963), idque mansit, donec a. 313 Licinius et Constantinus ei bellum indixerunt. TH. M.] Titulus lateris oppositi, quem post alterum incisum esse litterae docent, ad quemnam spectet, in dubio relinquendum est.

1140 rep. ibi ubi n. 1134 seqq.; nunc Smendû in hortis publicis.

D N
FL · IVLIO
C R I S P I N
O · NOB · C
XIIII

Descripsi et ectypum contuli acceptum a V. Reboud. Goyt *rec. de Const.* XXII (1883) p. 158.
Cf. infra n. 1142 et supra n. 1066.

1141 Smendû in hortis publicis; vide ad n. 1138. 1139.

N I N
X IIII

Descripsi.

XXI*a*. CALAMA RVSICADEM.

1142 rep. Wed Tûta prope Gelma, *route de Guelma à Philippeville par Jemappes* REBOUD.

D · N · FLAVIO
C R I S P
I N O N O
B I L I S I sic
M O C E S sic
A R E

Descripsi ad ectypum acceptum a V. Reboud, qui ed. *bull. crit.* II a. 1882 p. 320 et *rec. de Const.* XXII (1883) p. 54.
2 seq. *Crispinus* pro *Crispo* invenitur etiam supra n. 1140.

XXII. INTER CIRTAM ET MILEV (p. 894).

1143 rep. ad Wed Begrat in fundo Perriguet a Ruffach Constantinam versus vix 3 chiliom. disiuncto.

IMP · CAES · DI
VI · MAGNI · ANTO
NINI · PII · FILIVS · DI
VI · SEVERI · PII · NEPOS
M · AVRELIVS · ANTO*ninus*
PIVS · FELIX · MAXIMVS sic
TRIB · POTEST · BIS · COS *de*
SIGNATVS · TER · P*rocos* a. 219
FELICISSIM*us atque*
INDVL*gentissimus*
princeps uiam cet.

Descripsi et ectypum contuli acceptum a V. Reboud, qui edidit *rec. de Const.* XX (1881) p. 76 n. 134.
6 quadratarius duo vocabula quae sunt *Aug(ustus) pontif(ex)* omisit. Cf. n. 10304.

1144. 1145 rep. ibi ubi n. 1143.

a

imp. caes. DI
VI · SEVERI · PII
N*epo*S · DIVI · ANTO
NINI · MAGNI ·
PII *filius*
m. aurelius SEVE
RVS A*lexander*
PIVS FELIX AVG
pontifex maxi
mus trib. potest
cos. p. p.
XIIII

b

D N VALEN
TINIANO
A V G
XIIII

Descripsi et ectypum contuli acceptum a V. Reboud, qui priorem titulum edid. *rec. de Const.* XX a. 1879—80 p. 75 n. 133.

In titulo priore quae deleta sunt inde a v. 7 locum cesserunt titulo alteri. Numerus integer remansit.

XXV. INTER CIRTAM ET SITIFIM (p. 895).

1146 rep. *à 6 kil. sud de Djemila.*

NEPOT GORDIANO
RVM AVGG NN DVORVM
RESPVBLICA CVICLTANOR
DVME VIAS TOR
RINTIBVS EXHRS
TAS · RESTITVIT
VIII

Exceptum a Mangiavacchi ed. Cagnat *bull. d'Hipp.* fasc. XVIII a. 1883 p. 135.

Cagnat sic restituit: [*Imp. Caes. M. Antonio Gordiano pio fel. Aug. p. p. cos. procos.*] | *nepot*[*i*] *Gordiano*|*rum Augg. nn. d*[*i*]*vorum* | *respublica Cuic*[*u*]-*l*[*i*]*tanor*(*um*) | [*pontes et?*] *vias* [*aq*(*uae*)] *tor*|*r*[*e*]*ntibus exh*[*au*]*s*|*tas restituit.* | [*X*] *VIII*, sed numerus is mihi non probatur, cum milia viae, de qua ille cogitat, Cirta Sitifim numerentur a Cirta. [Praeterea minus offendit *duorum* quam *divorum*. — 4 vide ne lateant *dumeta*. TH. M.]

XXVI. AD SITIFIM (p. 896).

1147 ad n. 10340: Recognovi. — 4 AZAB. — 13 PRES = *procos.* — Elementa, de quibus scribit Berbrugger, in ima parte a dextra tam neglegenter incisa sunt, ut certo legere non potuerim. Credo columnam aevo infimo in ecclesia christiana pro pila fuisse et hoc loco nomina sua scripsisse Christianos, qui ecclesiam adibant.

1148 ad n. 10352: Recognovi. 4 fin. VALENTINO AGG. Itaque quadratarius ex Valente fecit Valentinum, ut supra n. 1140. 1142 invenimus Crispum factum Crispinum, infra n. 1154 Constantem pro Constantio, alibi (IX, 4962), ut monet Mommsenus, Constantium Fabium pro Flavio. Cf. etiam n. 8475 et supra n. 1112, ubi traditur *Flavio Claudio Constantio,* cum requiratur aut *Iulio* pro *Claudio* aut pro cognomine *Constantino,* et supra n. 1070, ubi quod descripseram ex lapide *Fl. Iulio* vereor ne praepropere correxerim.

1149 (= n. 10359) descripsi Setif in hortis publicis.

IMP *caes.* M AVRELO SE
VE*ro* *anto*NNO PIO FEL AG
ÐVI *sept.* *s*EVERI PI ARAB A
DIAB *Part.* *ma*X BRĪ MX Ē IVLÆ
DOMNÆ AG MTR CASTR Ē SE
Nat Ē PATR FL ÐVI M ANT · PII
GER · SAR NEP DIVI ANT PII PRO
NEP DIVI HAD ADNEP DIVI TRA sic
PART ET DIVI NER ABNEP PART
MX BR GER MX P MX TRIB
POT XVIII · IMP III COS IIII P P a. 215
*p*ROCOS R P SI T̄F NER ANTO
N̈NANOR MIL CONSTIT
///

3. 9 nota verborum quae sunt *adnepos, abnepos* usum solito contrarium, pariter atque n. 10340; cf. supra n. 521. — 14 milium numerus effractus est.

XXXII. PROPE AVZIAM ET SVR DJVAB (p. 907).

1150 rep. in parietinis aedificii quadrati *un peu au nord de la route actuelle d'Aumale à Sour Djouab à près d'un kil. d'Aumale.*

IMP CAE*s* C AVRELIVS
VALERIVS DIOCLETIA
NVS PIVS FELIX INVIC
TVS AVG ET IMP CAES
M AVRELIVS VALERIVS
MAXIMIANVS PIVS
FELIX INVICTVS AVG
ET FLAVIVS VALERI
VS GALERIVS VALE
R*ius* MAXIMIANVS
N*ob*ILISSIMIS CAE a. 293—305
SS AB AVZIA RAPI
DV MPĪ

Descriptum a Delaporte ed. E. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 15 n. 5. 9 excidit CONSTANTIVS · ET · — 12 seq. cf. supra p. 459.

1151 col. lata m. 0,35, alta 0,50; rep. *dans la ferme Poulot à six kilom. d'Aumale* (Rapidum versus).

IMP CAES C M*e*S
SIO Q TRAIAN*o*
DECIO INVICT*o*
PIO FELICI AVG
ET PONTIF MAX
TRIB P*o*T C*o*S PR*o*
C*o*S
IIII

Ad exemplum et ectypum datum a Choisnet edid. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 221 n. 224.

1 fin. MIS traditur. — 5 ET offendit. — 6 et 7 CS omissa *o* traditur.

XXXIII. AD MEDEAM, MOVZAIAVILLE, BVFARIK, TIPASAM (p. 907).

1152 rep. loco antiquo *à la ferme de Ben Kula, à 3 kil. ouest de Boufarik.* Nunc est Alger in museo.

ΓL CLAUDI
o IVLIANO
INVICTIS
S SEMPER
/////
*au*GV*s*TO

Descripsi titulum male habitum.

Fl(avio) Claudi[*o*] *Iuliano* | *invictis*|*s(imo) semper* | [*Au*]*gu*[*s*]*to.*

XXXIV. AD ZVCCABAR (p. 908).

1153 col. mil. fragm.; adservatur Alger in aedibus archiepiscopi. Ad Zuccabar revocavit DE LA BLANCHÈRE ex coniectura.

I*m*P CAES C AVL*e*
LIVS VALERIVS
DIOCLETIANVS
PIVS . . . .

Descripsi. De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 25 n. 11.

XXXV. AD CAESAREAM (p. 908. 978).

1154 col. miliaria alta m. 0,70; Scherschel in museo.

IMP CAES
C AVRELIVS
VAL·DIOCLETINVS
PIVS·FELIX·INVIC*t*
*u*S · AVG · ET
IMP · CAES · M
AVRELIVS
MAXIANVS · PIVS sic
FELIX · INVIC*t*
AVG · ET
M FLAVIVS
CONSTANS ET sic
GALERIVS
ualerius
maximianus
nobb. caess.

Descripsi et ectypum sumpsi.

1155 rep. *sur un petit plateau à gauche de la route en allant de Cherchel à Gouraya à cinq kilom. de ce village.* Vidi Caesareae apud R. de Chancel.

RI
T·I MAXIM*o*
HC PIO INVIC
PV TO SEMPER
M
ST AVG

Descripsi.

Parvae litterae, quae cernuntur a sinistra, tituli antiquioris deleti reliquiae sunt. Titulus, qui nunc legitur, spectat opinor ad Constantinum I.

1156 columnae miliariae fragmenta tria, quae reperta prope Scherschel in alveo rivi qui dicitur Wed el-Koas domi suae tenebat R. de Chancel.

a DNIIII
//////
//

b IIVI / PCO
P · P VIIII

c SEM
*pe*R · AVG · *s*EM
*p*ER AVG /

Descripsi.

Tertii fragmenti solius lectio certa est.

XXXVI. AD PORTVM MAGNVM (p. 909).

1157 rep. *au nord de la route d'Oran à Mostaganem à 3½ kil. à l'est de St. Leu.*

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
MIS RESP . . .
PORTV MA
GNO
II

Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 116 n. 359.

1158 rep. inter St. Leu et Port-aux-Poules *à 4400 mètres des ruines de Portus Magnus, au nord de la route d'Oran a Mostaganem* Demaeght. Adservatur Oran in aedibus q. d. *bureau du recrutement.*

IMP · CAES · M .
IVLIO · PHILIPPO ·
INVICTO · PIO · FE
LICI AVG · PONTI
F · MAX · TRIB · PO
TEST · P · P A POR
TV MAG · M · P ·
III

Descripsi. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 268 n. 115.

1159 rep. *dans un gourbi situé sur le bord de la route d'Oran à Mostaganem à 2300 mètres du point, où gît n. 1158* Demaeght. Nunc est Oran *dans la cour du bureau du recrutement.*

imp. caes. m. aurelio antoni
no pio fel. aug. parthico max
BRITT · MAX · GERMANICo
MAX · PONTIFICI · MAX TR
BVNICIAE POTESTAT $\overline{XVIIII}$ a. 216
I*mp* $\overline{III}$ COS · $\overline{IIII}$ · P · P · PRO
COSVLI · A *Portu mag*
MIL · PASS · IIII

Descripsi. Demaeght *bull. d'Oran* fasc. 4 a. 1883 p. 269 n. 116. Eadem fere atque n. 10456.

1160 rep. *à environ 6 kil. à l'est d'Arzew entre St. Leu et Port-aux-Poules.*

. . . .
*br*ITANNICO · MAX
ADIABENICO · MAX
PONTIF · MAX
. . . .

Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 388 n. 257.

1161 rep. *à 1½ kil. de Mouzaïa les Mines, entre ce point et le col de Mouzaïa, et à 13½ kil. environ N.N.O. de Medéa; déposée dans la salle du bureau du comice agricole à Medéa.*

IMP · CAESARI
L · SEPTIMI SE
VERO PIO PER
TINACI · A/RICI
AZABENSI · PAR
TICO MAXIMO
TRB · VI · IMP · XI a. 198
COS · II · P · P · ET IMP
CAES · M · ANTO
NINO · AVGG ·
ET / / / / / / / /
MP ·
LAMBDIENSES

Prodiit primum in ephemeride Aumalensi *bull. du comice agr., juin* a. 1881; deinde edid. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 18 n. 6 ad ectypum et exempla diversa tria (= *a b c*).

4 AFRICI *bull.* et ex. *c*; ARICI ex. *b*; requiritur ARABICO. — 5 AZAB/EN/ ex. *b*. — 6 MX//AP ex. *a*, MAXIAI ex. *b*. — 11 Getae nomen erasum est. — Corrupta emendare ausus non sum, ut est titulus male scriptus.

Lambdia Λαβδία Ptolemaei IV, 2, 27 esse creditur probabiliter. Eodem revocarim *Rufinum Labdensem*, qui intererat collationi Carthaginiensi cf. Harduinus conc. vol. I p. 1105 *B*. Neque aliunde, si Morcellio credemus, originem traxit *Restitutus Lapidiensis prbt.*, qui occurrit in notitia episcoporum Mauretaniae Caesar. a. 483 sub n. 61. Arabum quoque Lemdiam, quam una cum Djezair beni Mezghanna (= Alger) et Miliana conditam esse a Ziri ibn Menad tradit Ibn Khaldûn (*hist. des Berbères* vers. a Slane 1854 vol. II p. 6), ex antiqua Lambdia nomen traxisse conicit Masqueray l. l. p. 20 seq. et iudicat esse oppidum quod nunc est Medea in ore indigenarum etiamnunc *Lemdia* appellari solitum.

XXXVII. AD POMARIVM, NVMERVM SVRORVM (p. 909).

1162 Tirès-Mohammed-el-Habîb, *à 5 kil. N.-O. de la station de Tizi* (v. tab. III *F b.*).

D N
IMP · CAES · M · IVL
PHILIPPO · IN
VICTO · PIO · FEL
AVG · PON · MX
TRIB · POTEST · a. 244
P · P · AB · AQ · MP
V

Contuli ectypum male factum, quod misit Poinssot, ex meliore edid. Poinssot et Demaeght *bull. d'Oran* a. 1882 p. 49 n. 25.

Caput viae sunt Aquae Sirenses (Hammâm bel Hanefia). Cf. p. 834 et n. 10462.

1163 rep. Hammâm bu Ghara 12 chiliom. a Marnia orientem versus prope fluvium Tafna; nunc *au bureau arabe de Marnia.*

. . . .
. . . .
. . . .
P I V S F E L
AVG · P · P · / M
. . . .
ANTONINI · FI
LIVS · CAES
. . . S CONS ·

Demaeght *bull. d'Oran* a. 1883 p. 388 n. 255.

Titulus denuo conferatur necesse est.

XXXVIII. LOCI INCERTI.

1164 ad n. 10471: Aiûn el-Arba est *à environ 5 kil. de Hr. Kesreïa, à 21 kil. au nord d'Aïn-Beida, sur la rive droite de l'Oued Trouch rec. de Const.* XXII (1883) p. 306.

ADDITAMENTORVM AVCTARIVM.

PARS SECVNDA.

PROVINCIA BYZACENA.

VI*a*. RVSPINA (*Monastîr* sive *Mistîr*).

1165 in opere tessellato lapillis atris et rubris alternantibus singulis versibus; rep. Monastîr inter rudera Ruspinae antiquae (v. p. 11).

a

COFINA LAVRI PLV*r*
A FACIAS ET MELIO
RA EDIF*ice*S SI DEVS PR
O NOBIS *q*VIS CONTRA NOS
..V..S NOMEN DEVS SCIT RO
M*s* VICTV·I SVIS

b

G E *o* N
FISON
TIGRIS *e*V
FRATES

Descriptum a Ferreux edid. Villefosse *comptes-rendus de l'acad.* XI (1883) p. 189.

a 1 IC OFICINA LAVRI cet. scr. esse coniecit Cagnat l. l. p. 193. — 2 seq. Villefossius confert VIII, 8510*a*: *plura faciatis,* [*me*]*liora dedicetis*; fortasse etiam hic scribendum *d*[*edice*]*s* vel [*d*]*edi*[*ce*]*s*. — 3 seq. cf. n. 2218. — 4 O NOBIS SVIS cet. traditur, corr. Villef. — 5 seq. idem proponit [*c*]*u*[*iu*]*s nomen deus scit,* [*b*]*o*[*tu*]*m s*[*ol*]*vi*[*t c*]*u*[*m*] *suis,* laudans Vogüé *les églises de Terre-Sainte* p. 111 tab. V fig. 3 et titulum Parentinum hunc: *cuius nomen d(eu)s nuvet pro voto suo f(e)c(it) p(e)d(es) XIII* (*bull. des antiq. de France* a. 1881 p. 304). Quae formula fortasse repetita est ex Pauli ad Corinthios epistula altera 12, 2. 3. — *b* 1 CEN traditur, restituit Villefosse monens quattuor paradisi fluvios saepe in basilicis et maxime in baptisteriis opere tessellato depictos esse.

1166 in opere tessellato rep. Monastîr una cum superiore.

a	*b*	
+	V I C	
B I L L A	T O R	
T I C A	V I X	
V I X I T	IT IN	
A N N I S	P A C E	
X V I I I	A N N I	
P L S M	S XXX	
R E Q V I	P M	
E B I T	D VIII	
IN PACE	K DE	
*di*E VI	C E M	
KL·IVLI	H I E R	
AS AN	IO ET	a. 427
NO XX	A R T	
V I I I	ABVRo	

Descriptum a Ferreux ed. Villefosse *comptes-rendus de l'acad.* X a. 1883 p. 189.

a 10 LEVI traditur, corr. Villef. — 12 seqq. Quamquam duos titulos aetate non longe distare apparet, a quo capite in priore anni numerentur, non liquet; nam anni Karthaginis (cf. ad n. 5262) huc parum pertinent. [Fortasse intellegitur annus XXVIII Valentiniani III, qui est p. C. 452. Th. M.]

VI. LEPTI MINVS (*Lamta;* C. p. 14).

1167 ad Lamtam ex sepulcreto antiquo christiano R. Cagnat et H. Saladin eruerunt titulos plus minus decem, de quibus unum edidit Saladin *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 200, iterum uterque *notes d'archéol. Tunisienne* Turon. a. 1884 p. 8. De sepulcrorum titulorumque forma et condicione ibidem haec referunt: p. 8 *La disposition intérieure de la tombe est la suivante: le cadavre, couché sur le dos, les mains ramenées sous le corps, était renfermé dans un sarcophage composé de trois pierres debout, de chaque côté, une à la tête et une aux pieds, qui étaient elles-mêmes recouvertes de deux ou plusieurs dalles de pierres, formant un couvercle de m. 0,08 d'épaisseur. Au-dessus de ce couvercle, sur une épaisseur de m. 0,40, on avait accumulé des pierres noyées dans du mortier; au-dessus de cette couche et sur un béton de m. 0,15 d'épaisseur, reposait la mosaique.* p. 7 seq.: *Toutes ces tombes à l'exception d'une seule — étaient recouvertes d'une décoration en mosaique occupant entièrement la surface du tombeau. Ces mosaiques, tantôt en cubes de verre, tantôt en cubes de marbre, présentent la disposition suivante: en tête, un chrisme entouré soit d'un cercle uni, soit d'une guirlande de feuilles — au-dessous l'inscription funéraire. —*

La largeur moyenne de ces tombes est de m. 0,65 et la longueur de m. 1,85.
Titulus editus hic est:

☧ α ω
MEDDEN
IN PACE VI
XIT ANNI
S XXXV ∴
PLVS MIN
RECESSIT
DIE VIII
IDVS ∴
IANVA
RIAS ∴

XII. *Kairuân* (supra p. 270).

1168 ad C. n. 80: Repetiverunt emendatum de visu Cagnat *comptes-rendus de l'acad.* X, 2 a. 1882 p. 76 et *rapport* II p. 37 n. 37, item descriptum a Montagne Mowat *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 144 et *bull. des Antiq. de France* XLII a. 1881 p. 289. — 3 . . . *adnepoti*S DIVI TRAIANI ADNEP*otis* DIVI NERVAE ADNEPOTIS.

1169 rep. Kairuân, *a* ad portam domus privatae, *b* in moenium turri quadrata.

a	*b*
LOC · VII ///// S	CXI · LI

Descriptos a Montagne ed. Mowat *bull. épigr. de la Gaule* III a. 1883 p. 144. Ad amphitheatri sedes refert hos titulos qui edidit.

XXII *a*. GEMELLAE (*Hr. Sidi Aïsch;* C. p. 28).

1170 ad n. 10006: Gazzera sumpsit a comite de Filippini, cuius commentarios de itinere per regnum Tunetanum facto a. 1829 adservatos manu scriptos in bibliotheca regia Taurinensi Mommseni causa excussit Vincentius Promis. Is f. 176ʳ hunc titulum refert, quem repperit d. 3 Apr. a. 1829 iter faciens a Sbitla Capsam: *je m'écartai en voiture ce jour pour visiter les ruines de Madassuna e Torbalta* (vel *Torbatta*)*; les premières ne m'offrirent aucune chose à remarquer, et dans les autres je vis le reste d'un aqueduc, quelques citernes et des morceaux de grosses pierres, parmi lesquelles j'arrivai à déchiffrer sur un piédestal de colonne l'inscription.* Madassuna cum eadem esse videatur, quam in mappa quadam Gallica repperi sub nomine Megassunet sitam inter Theleptem et Capsam, Torbattam ibidem fere esse conieci itaque ad Gemellas titulum revocavi dubitans. Legit Filippinius 2 PIPLABILIAE — 3 TAS pro TA — 5—6 KA|RISSIMAE.

XXX. AMMAEDARA (*Heidra;* supra p. 273).

1171 (= 357). Exemplum Cagnati Mommseno misit Tissot. In C. primi duo versus editi sunt.

M · CORNELIVM PROCV
LEIANVM CORNELI ROGATI
ANI EQ R FILIVM EQ R SACER
DOTALEM P · A · V · OB STV
DIA MORES MODESTI
AM ET OBSEQVIA ERGA
CIVES SVOS SPLENDI
DISSIMVS ORDO DE
CRETO SVO STATVAE
HONORE CVMVIA
VIT
L D D D

3 seq. *sacerdotalem p(rovinciae) A(fricae) v(eteris):* sic legi debere cum Tissotio convenit Mommseno. Ergo etiam in paganorum rebus sacris eadem Africae veteris et novae divisio obtinuit, quam deinde christiani continuaverunt.

1172 ad n. 462: ex abaco alterius columnae olim iuxta illam positae, cuius abacus habet verba a Wilmannsio descripta, haec verba exceperunt Cagnat et Saladin *notes d'archéol. Tunis.* p. 20 cum istis cohaerentia:

HOMINIB
BONE BOLV
MTATIS

Eadem descripsit Clément *bull. d'Oran* a. 1884 p. 216.


XXXII. *Thala* (C. p. 69. 927).

1173 in lapide alto m. 1,09, lato 0,52, crasso 0,30; rep. Thala, in hospitio Arabico, ubi liminis loco est.

(*Textum vide pag. seq.*)

Descripsi et ectypum sumpsi.

Ad oculi maligni fascinum arcendum hanc tabulam destinatam fuisse credo. Etenim qui visu effascinare pollet, fascinum illic exsculptum cernere iubetur, scilicet ut eius adspectu perturbetur. Cf. O. Jahn *Ber. der Sächs. Gesellsch.* VII a. 1855 p. 57. 66 seqq. Planta autem supra titulum depicta qualis sit et quae ei cum illa superstitione intercedat necessitudo, explicare nescio.



XXXVI. MACTARIS (*Hr. Makter;* supra p. 275).

1174 in basi alta m. 0,75, lata 0,45, litt. 0,05; rep. Mactari a Letaille.

(*Textum vide pag. seq.*)

Exscripsi ex ectypo Mommseno misso a Tissotio, ad cuius exemplum editus est *bull. d'Oran* a. 1884 p. 212 n. 483.

1 oppidi nomen hic titulus primus certo praebuit.

p. septimio getae nobilis-
simo caesari aug
IMP CAES L · SEPTIMI · SEVERI
PII PERTINACIS AVG ARAB
ADIAB PART MAX FORTISSI
MI FELICISSIMI PONT MAX
TRIB POTEST VII IMP XI COS II a. 198
P P PROCOS F*il*
IMP CAES M AVRELI ANTONINI AVG
TRIB POTEST II PROCOS *fratri*
DIVI M ANTONINI PII GER SARM
nep. DIVI ANTONINI PII PR*onep.*
DIVI HADRIANI A*bnep.* DIVI TRAIA
NI PART ET DIVI NERVAE A*dnep.* COL AE
LIA AVRELIA MACTARIS DD PP

1175 Macter.

C · SEXTIO · C · F · PAPIR*ia*
MARTIALI · TRIB · MIL · LEGIONIS · I*iii*
SCYTHICAE · PROC · AVG · AB · ACTIS · VRBIS · P*roc*
AVG · INTER · MANCIP · XL · GALLIARVM · ET · NE
GOTIANTIS PROC · MACEDONIAE · QVI
OB MEMORIAM · T · SEXTI · ALEXANDRI
FRATRIS SVI · INLATIS · HS L · MIL · REI PVB
CL · SVAE MACTARITANAE · EPVLATICIVM EX
VSVRIS CVRIALIBVS DIE NATALI FRATRIS SVI
QVODANNIS DARI IVSSIT OB QVAM LIBERALITATE
EIVS STATVAM VNIVERSAE CVRIAE DD PEC SVA POSVER

Contuli ectypum, quod Mommseno misit Tissot. Versus 7—11 eosque imperfectos ad exemplum et ectypum accepta a Letaille ed. Tissot *rapport IV, comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 69; integrum titulum H. de Villefosse *revue critique* d. 7 Iul. a. 1884 ad exemplum eiusdem Letaillii.

C. Sextio C. f. Papir[*ia*] *Martiali trib*(*uno*) *mil*(*itum*) *legionis I*[*III*] *Scythicae, proc*(*uratori*) *Aug*(*usti*) *ab actis urbis, p*[*roc*(*uratori*)] *Aug*(*usti*) *inter mancip*(*es quadragesimae*) *Galliarum et negotiant*[*e*]*s, proc*(*uratori*) *Macedoniae, qui ob memoriam T. Sexti Alexandri fratris sui inlatis* (*sestertium*) *L mil*(*ibus*) *rei pub*(*licae*) *col*(*oniae*) *suae Mactaritanae epulaticium ex usuris curialibus die natali fratris sui quodannis dari iussit, ob quam liberalitate*(*m*) *eius statuam universae curiae d*(*ecreto*) *d*(*ecurionum*) *pec*(*unia*) *sua posuer*(*unt*). — [Novum est officium procuratoris ab actis urbis; unde cum sic sine dubio significentur acta publica (*diurna urbis acta:* Tacitus ann. 13, 31; *acta urbis:* vita Commodi 15, vita Alexandri 6), iam apparet curam eorum gessisse procuratorem Augusti ordinis equestris. Liberti Augustorum *ab actis* (C. VI,

8674) et adiutor ab actis (VI, 8695) sub eo videntur eandem rem curavisse. — Item procuratorem quadragesimae Galliarum ex hoc titulo intellegimus iudicavisse inter mancipes et negotiatores, id quod magni momenti est ad universam vectigalium administrationem recte intellegendam. Th. M.]

XXXVIII. *Hr. el-Hammâm* (C. p. 86).

1176 (= 696) exscripsi ex ectypo, quod Mommseno misit Tissot. Edidit etiam Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 257 n. 566.

QVI TAVROS VALIDISQ ·
*feri*RE LACERTIS
SABINVS ERAT CVI
*c*MINVS ICTVM
/MATVS MVTILATA
IRE CAVDA
INANS STYGIAS MI
*ser*VM DIMISIT AD VMBRAS
*infeli*X IVVENIS MVNERE DECO
*r*ATE SVPPREMO sic
*ti*GIMMA TE GENVIT TENET
IIHGIBBA SEPVLTVM

11 significatur Tigimma; episcopi duo Tigimmenses partium adversarum adfuerunt in concilio Carthaginiensi (cf. Harduinus coll. conc. 1, 1086 *A. B*). — 12 in. . . . Poinssot; tres primae litterae dubiae. Quodnam oppidum intellegatur, nescio; de Gibba Numidiae (v. C. p. 439) vix recte cogitabitur.

XXXVIII *a*. VZAPPA (*Ksur Abd el-Melek;* supra p. 278).

1177 incisus Uzappae in viva rupe inter septentrionem et occidentem ab oppido.

deae protome inter
duas columnas

BELLONAE SACRVM
/ / / / / / / / / / / / / /

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 232 n. 518.

1178 in lapide alto m. 0,70, lato 0,60, litt. 0,12—0,06; rep. Ksur Abd el Melek.

IVNONI
AVG
SAC
L VIBIVS LATINIANVS
//////AG/V//////////////

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 232 n. 517.

1179 Bordj Abd el-Melek.

IMP · CAES · L · AVRELI
O · VERO · AVG · ARME
NIACO · DIVI · ANTO
NINI · FIL · DIVI · HA
DRIANI · NEP · DIVI
TRAIANI · PARTHI
CI · PRONEP · DIVI
NERVAE · ABNEP
P · M · TRIB · POT//
IMP · $\overline{III}$ · COS · $\overline{II}$ a. 163–165
P · P · D · D · P · P

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 VIII p. 12; Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 231 n. 516.
1 L· om. — 9. 10 TRIB · POT | IMP · $\overline{II}$ Esp.

1180 Bordj Abd el-Melek.

DIVO ANTONINO PIO
PATRI [IMP CAES M AVRELI]
[COMMODI] ANTO
NINI AVG GERM SAR
MAT PONT MAX TRIB
POT $\overline{V}$ IMP $\overline{IIII}$ COS a. 180
$\overline{III}$ P P · D D · P P

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 VIII p. 12; Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 231 n. 515.
2 AVR — 6 POT $\overline{VI}$ IMP $\overline{VI}$ — 7 fin. P P om. Esp.

1181 in lapide alto m. 1,29, lato 0,57, litt. 0,06; rep. Bordj Abd el-Melek.

IMP CAES
M AVRELIO
PROBO PIO
FELICI AVG
PONTIFICI
MAXIMO GER
MANICO MA
XIMO TRIBV
NICIAE POT/
P P COS $\overline{III}$/

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 VIII p. 11; Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 232 n. 519.
9. 10 POT | P P . . . . Esp.

1182 in lapide alto m. 1,05, lato 0,59, litt. 0,06; rep. Bordj Abd el-Melek.

SEX ANICIO FA
V TO PAVLINI
ANO C I PATRO
NO PATRONI
ORDO VITA
IS V PEN
AIVAM
CERE CV
IT IDEMQ
EDICAVIT

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 VIII p. 11; descriptum a Bodier Cagnat *bull. d'Oran* a. 1884 p. 310.

1 ANICI Esp. — 2 in. VTRO Bod. — PAVLIN Esp. — 3 ANO C PA I RO — 4 N/////ATRONE — 5 fin. VIRA — 6 EN Bod. — 7 VAM Esp. — 8 CERE OV Bod. Sic est titulus redintegrandus: *Sex. Anicio Fa|u[s]to Paulini|ano c(larissimo) [v(iro)]* — vel *i(uveni)* — *patro|no patroni | ordo [ci]vita|[t]is U[zap]pen|[sis st]atuam | [p. p. fa]cere cu|[rav]it idemq. | [d]edicavit.* — 3 seq. [Si vera est lectio *patrono patroni*, fortasse liberto cuidam Fausti patrono cooptato, scilicet natalibus restitutis et equo publico concesso, Uzappenses et huic et patrono eius statuam dedicarunt. TH. M.]

1183 in lapide alto m. 1,10, lato 0,48, litt. 0,06; rep. Ksur Abd el-Melek *dans la cour intérieure du bordj.*

C VALERIO GALLIA
NO HONORATIANO
//P · PATRONO
*o*B HONOREM EIVS /
/////S · ET VALERI/
GALLIAN/ ///LI ROGA
TIANI P*atri*S EIVS
PA*troni*
*o*RDO M*unicipi uzapp*
ENSIS STATVAM
IDEMQ DEDICAVIT

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 233 n. 520.

3 in. fortasse [*v(iro)*] *p(erfectissimo)*.

1184 rep. Bordj Abd el-Melek ad arcum.

CIVITVM ERGA S ET HONOREM FL P P CONLATVM IVD/ANDO

Espérandieu *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 VIII p. 13.

. . . [*ob benivolentiam*] *civ*[*i*]*um erga s*[*e*] *et honorem fl(amoni) p(er)p(etui) conlatum* . . . . Extrema non assequor.

1185 rep. prope Ksur Abd el-Melek in sepulcreto Romano q. d. Karrûba in collibus septentrionem et occidentem versus ab oppido.

D · M · S
ROGATIA
BARICIS
ADVDDAE
FILI · FILIAE
P · V · A
LXV · H S E

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 237 n. 536.

XXXVIIII. CHVSIRA (*Kissera;* supra p. 278).

1186 in lapide alto m. 0,30, lato 0,40, litt. 0,04; rep. Kissera in aedium pariete.

MINI ◊ SATVRNI PR*op*
TER ◊ COMMODVM ◊ PO
PVLI ◊ S ◊ P ◊ F ◊ IDEMQ · DED
DECVRIO ◊ COL ◊ THELEPTHE
*ae*DIL ◊ Q ◊ II VIRALIS

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 226 n. 508.

Fortasse [*aedem do*]*mini Saturni pr*[*op*]*ter commodum populi* cet.

1187 in lapide alto m. 0,40, lato 0,70, litt. 0,04; rep. Kissera in aedium quarundam pariete.

II EX NICII ΔOM
VI SIMA XPO KVMINE
IVSTITIAE / ΔECORATA MA
GISTRO RECIPITV/ NOS ET M
IOS QVIBVS /////ERI//S S
CVRA MERITA *r*E Δ Δ E T

Exscripsi ex ectypo subministrato ab I. Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 226.

2 seqq. fortasse sic legendi sunt: .... *dom*(*ina*) [*karis*]*sima* (*Christo*), *lumine iustitiae decorata magistro recipitu*[*r*] . .

XL. AVVLA? (C. p. 89).

Ruderibus, quae Wilmannsio vocantur Hr. el-Khîma, Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 89 seq. dicit potius nomen esse Hr. Fûm el-Afrît vel Hr. Sidi Amara, contra nomen Hr. el-Khîma non inhaerere nisi mausoleo illinc metris 500 disiuncto meridiem versus (= C. n. 735).

1188 (= n. 712) in lapidibus duobus, qui videntur eiusdem monumenti fuisse, altero (= VIII, 712) lato m. 2,0, alto 0,28, altero lato m. 1,10, alto 0,35, litt. 0,08; rep. Hr. Fûm el-Afrît in parietinis templi vicinis castello Byzantio.

a

C PRINCIPVM IVVENTVTIS P C
VA PROVISIONE VNA CVM ABSIDE S P P P

b

IVNONIS QVOD FIRMI AMI
ONSVMMAVERVNT ET DEDIC

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 95 n. 332 et 331.

a 2 fin. num recte tradatur dubito.

[*Pro salute* . . . . . .]*c. principum iuventutis P. C*[. . . . . *et* . . . . . *templum*] *Iunonis quod Firmi Am*[*pliati liberalitate incohatum erat* . . . . . *s*]*ua provisione una cum abside* [*?* . . . . . *c*]*onsummaverunt et dedic*[*averunt*].

1189 in fragmentis duobus altis m. 0,40, latis uno m. 0,50, altero 0,90, litt. 0,10; rep. Hr. Fûm el-Afrît *dans le mur d'un gourbi.*

*pro salute imp. caes. l. septimi se*VERI PII PERTINAC*is* AVG ARAB ADIAB PARTH MAX
pont. max. trib. pot. . . imp. . . cos. . . p. p. procos. et m. aure- ||
*li antonini caes. principis iuue*NTVTIS *et p. septimi getae caesar.* ET IVLIAE
Domnae augustae matris castrorum nomen dedicantis ||
o . . . . *ex summa hono*RARIA ET SVPER*ad*IECTA PEC QVANTA AD CONSVMM*andum*
. . . . *opus fuit a solo extruxit idemq. dedic.* ||

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 96 n. 336 et 337.

1190 (= 613) in lapide lato m. 2,50, alto 0,40, litt. 0,10—0,12; rep. Hr. Fûm el-Afrît.

*matri*S AVG *et* CASTRORVM
*columni*S EXORNAVIT

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 95 n. 333, qui recte indicat quae traduntur n. 713: ATRIS CASTRO et CASTRVM EXORNAVI eiusdem fragmenti apographa esse male facta.

1191 Hr. el-Khîma.

D M S
L BAEBIVS
BARBARVS
STVDENS KAR
5 THAGINI DE
FVNCTVS
V A XX M · VII
H · S · E

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 90 n. 326.

[*Iuris studiosus* similiter reperitur C. III, 2936. X, 569, Wilmanns n. 2470, item supra n. 776; *studens* ita nude positum in aliis titulis praeterea haud scio an non inveniatur. Th. M.]

1192 Hr. el-Khîma.

D M S
M · FABIVS R*e*
STVTVS MEDICVS
HOMO BONVS
PIE · VIX · ANNIS
LXII M III
H S E

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 90 n. 325.
2 RI traditur.

XL*a*. *Hr. Sidi Marsched.*

1193 in lapide alto m. 0,80, lato 0,60, litt. 0,04; rep. in ruderibus sitis in angustiis q. d. Khanget ez-Zeliga in utraque ripa rivi Wed Sukra in colle, cuius in cacumine exstructum est sanctuarium Sidi Marsched.

IOVI · CONSERVATORI
AVGG · SAC
PRO SALVTE IMP · CAES L SEPTIMI
SEVERI PII PERTINACIS AVG · ARAB
ici ADIABENICI PARTHICI P · M ·
trib. POT /// COS $\overline{\text{III}}$ P · P · ET *m. au*RE
*li antonini aug. pii feli*CIS
/////////////////////////// ET
p. septimi getae /////////////
/////////////////////////////
////////////////////// *m*ATRIS
augusti et caesaris et castrorum cet.

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 248 n. 559.

XLI. CIVITAS MVZVCENSIS (*Hr. Bessera;* supra p. 279).

1194 in lapide alto 0,95, lato 0,50, litt. 0,06; rep. Hr. Besra.

IMP · CAES · M · AVRELI · AN
TONINI · AVG · P · P · FILIO · CI
VITAS MVZVCENSIS
P ɒ

Repertum a Letaille edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 87 n. 321. Meminit tituli Tissot *troisième rapport* p. 13.
Commodi est.

XLII. LIMISA (*Hr. Aïn-Lemsa;* supra p. 279).

Haec rudera Poinssotio appellantur Hr. Budja.

1195 in lapide lato m. 1,10, alto 0,40, litt. 0,09—0,07; rep. Hr. Budja ibi ubi n. 1196 et 1201.

MERCVRIO *sacrum*
*pro salu*TE IMP CAES *m. aureli seueri*
*antoni*NI *pii aug.* *b*RITT*annici max. germanici*
max. cet.

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 84 n. 306.

1196 in lapide lato m. 1,55, alto 0,50, litt. 0,07; rep. Hr. Budja sub n. 1201.

..... RES / / / TEMPLI / / C / / / LO .....
..... ANI · PROCOS · C V · AEDEM .....
*uetust*ATE DILAPSAM DE SVO RES*tituit*

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 84 n. 305.

1197 in lapide alto m. 0,40, lato 1,40, litt. 0,06; Hr. Budja in opere positus in turri castelli quae est inter septentrionem et occidentem, maximam partem sub muro latitans.

*diui hadriani pron. diui traia*NI · PART · ABNEP · DIVI · NER*uae adnep. ar ab.*
*au g. arab. adia*B · PART · MAX · F · DIVI · M · ANTONINI · PII · NEP · DIVI · AN*tonini pii prone p.*
p. se ptimi getae nobilissimi caes. et iuliae augustae matris aug. et CAS*troru m*
/ NATI · EX
*p e*CVNI*a sua faciendum curauit idem*QVE · DEDICAVIT CVM · SEXTILIA · P

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 85 n. 307.

Est Septimi Severi et domus eius. — 3 lituram significavi ex coniectura. — 5 in. ICVNI traditur.

1198 in lapide lato m. 2,10, alto 0,50, litt. 0,095; Hr. Budja in moenibus castelli inter meridiem et occidentem.

PRO SALVTE · IMP CAES M A*ureli*
P · MVMMIV*s* / / / / P / / NIN

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 85 n. 309.

2 fin. est, puto, *P. Mummiu*[*s* / *f. Satur*]*nin*[*us.* — Cf. infra n. 1200.

1199 in fragmentis duobus Hr. Budja in turri castelli, quae est inter meridiem et occidentem, in alto positis; litt. c. fere 10.

a

PERTINACIS
NC//IS AVG O
RE PATRI

b

*m*AXIMI · TRIB · PO*test.*
*m*a*tri*S · CASTR*orum*
///VP /// CAE

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 85 n. 311 et 310.

Coniunxi fragmenta duo dubitans; supplementa addere nolui, quia lectio nondum satis stabilita videtur.

1200 in lapide lato m. 0,60, alto 0,40, litt. 0,10; rep. Hr. Budja in castello septentrionem versus.

*tribunicia*E · POTES*tatis*
/M · FECIT
*dedicau*IT P · MVM*mius*

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 85 n. 308.

3 cf. supra n. 1198.

1201 in lapide lato m. 1,20, alto 0,50, litt. 0,10—0,09; Hr. Budja in muro turris occidentalis.

*potestat*IS · COS · IIII · P · P ·
FVRNIS · OB · EXCV*sationem*
M · PRONAVM · EX · HS VI *m. n.*
EX LIBERALITATE · SVA

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 83 seq. n. 304.

Qui se excusarat ab honore oblato, nihilominus propter eum dedicationem fecisse videtur. — 1 est fortasse *Antonini Severi f.* — 2 in. *Furni* est puto nomen oppidi nominati n. 10609, ubi is qui hoc opus fecit iure incolatus magistratu aliquo functus erat.

XLIII. COLONIA AELIA HADRIANA AVG. ZAMA REGIA

(*Sidi Amor Djedîdi;* supra p. 280).

1202 in ara alta m. 1,0, lata 0,50, litt. 0,06; rep. Sidi Amor Djedîdi.

APOLLINI
AVG
P · FV*nda*NI
RO*gat*IA
NVS ET FE
LIX

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 80 n. 300.

Alterum titulum a Fundanio quodam Apollini dedicatum habes sub n. 858.

1203 in basi alta m. 1,0, lata 0,50, litt. 0,06; rep. Sidi Amor Djedîdi.

Q IVLIO MAXIMO
DEMETRIANO · E · M · V
FISC · ADV · XL GALLIARV*m*
PROC · XX · HEREDITATIVM
PER · VMBR*iam* ET · TVSCI
AM · PRA*ef.* VEH*icu*LOR
PER *deLuic*AM ET DVAS
G*e*RMAN · SINGVLARIS IN
TEGRITATIS · VIRO · PAT · PVB
L MVNATIVS · SATVRNINVS ·
*a*VVNCVLO LOCO AB OR
*din*E IMPETRATO · S · P · P ·

Contuli ectypum missum a Poinssotio, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 77 n. 296.

2 *e(gregiae) m(emoriae) v(iro)*. — 6 seqq. cf. O. Hirschfeld *die kaiserl. Verwaltungsbeamten* p. 100 seqq.

1204 in basi superne fracta alta m. 0,70, lata 0,40, litt. 0,08; rep. Sidi Amor Djedîdi.

/ / CVI CVM ORDO OB MERI
ta MAIORVM EIVS ET INDO
*le*M POMPONI MARTIALIS
*oc*TAVIANI FILI EIVS STATV
am DE PVBLICO PONENDAM DE
*c*REVISSET · IPSA PECVNIA REI
*p*VBLICAE REMISISSET LOCO AB
*ordine imp*ETRATO DE SVO P ·

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 79 n. 299.

XLIV. INCERTA (supra p. 281).

1205 ad add. n. 290. Hr. Zaâtli prope abesse a Feriana, ut titulus supra relatus n. 290 attribuendus sit vel Theleptensibus (cap. XXI) vel eis, qui inter Theleptem et Cillium reperti sunt (cap. XXII), iam docemur a Cagnato et Saladino *notes d'archéol. Tunisienne Tours* a. 1884 p. 18, ubi etiam idem ille titulus repetitur in versibus duobus extremis emendatus ita:

VNIVIRA VNICVBA TOTIVS INDVSTRIAE ET FIDEI
MATRONA VIXIT ANNIS N LIII MENSIBVS N V DIEBVS TRIBVS

PARS TERTIA.

PROVINCIA PROCONSVLARIS.

MVNICIPIVM MVZVENSE (*Hr. Khaschnûn;* supra p. 282).

1206 in ara fracta alta m. 0,70, lata 0,60, litt. 0,06 — 0,04; rep. Hr. Khaschnûn.

APOLLINI · AVGVS
TO · SACR
AEDEM · QVAM · C · CLODIVS · SATVR
NINVS · DVPLICATA · SVMMA · HONO
RARIA · DECVRIONATVS · SVI · ET · CLO
DI · CELERIS · FRATRIS · SVI · A · SOLO
STRVENDAM · ET · PERFICIENDAM
PROMISERAT · CLODIA · MACRI
NA C / NEPTIS EIVS · SVPER SS $\overline{VI}$ MIL
$\overline{CCCC}$ N I *?lli summ*AE HONORARIAE
ADIECTIS AD
SS $\overline{V}$ MIL ETSI S
MIL · N · A SOLO ///AIIE
PERFECER///// RIHI
SION//////////I/IIIR
VI ////////////

Conturi ectypum fragmenti inferioris missum a Poinssotio, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 72 seq. n. 276.

1207 in fragmento basis lato et crasso m. 1,10, alto 0,40, litt. 0,08 — 0,07; rep. Hr. Khaschnûn *à l'angle nord-est de la citadelle.*

GENIO · CIVITATIS · AVG · SACR
PRO · SALVTE · IMP · CAES · ANTONI
NI *aug.* PII LIBERORVMQ EIVS ·

Contuli ectypum missum a Poinssotio, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 73 n. 277.

1208 in lapide alto m. 1,40, lato 0,70, litt. 0,05; rep. Hr. Khaschnûn.

INVICTISSIMO AT
QVE INDVLGENTIS
SIMO PRINCIPI
IMP CAES
////// INVIC//
TO ORDO MVN MVZ
DEVOTVS NVM MAIES
TATIQVE EIVS
D D P P

Contuli ectypum male factum missum a Poinssotio, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 74 n. 280.

Repetivi omnia, ut dedit Poinssot. 5 nomen imperatoris videtur erasum esse; litteras INVIC corruptas puto. — 6 in. in ectypo dispexi aut VS aut *a*VG.

1209 in lapide alto m. 0,70, lato 0,40, litt. 0,02; rep. Hr. Khaschnûn.

D N FLAVIO VALERI
O CONSTANTIO IN 'sic'
INVICTO ET NOBILISSI
MO · CAES ORDO MV
N · MVZ DEVOTVS
NVMINI MAIES
TATIQ EIVS D D P P

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 74 n. 279.

1210 in fragmentis duobus latis m. 1,20, altis 0,55, litt. 0,08; rep. Hr. Khaschnûn.

M CLODIO · M · FIL · QVIR · FA*us*TO SECV*ndo* . . . .
PARATIONEM FRVMENTI E*x* PROVI*ncia* . . . . . .
MAVRORVM · IN · EXPEDITIONE/ II / IP . . . .
VEXILLO · ET · HASTA · P*u*RA DONATO ET / *clodio* / *f.*
QVIR · SECVNDO · IVCVNDIANO · EQ · R · ET · PA*trono mun. d. d. p. p.*

Exscripsi ex ectypo misso a Poinssotio, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 72 n. 275.

2 IN PROVI Poinssot; mihi in ectypo videbatur esse EX. [Sic fere videtur fuisse: [*misso ob com*]*parationem frumenti e*[*x*] *provi*[*ncia ad gentes*] *Maurorum, in expeditione* . . . . *vexillo et hasta p*[*u*]*ra donato.* TH. M.]

1211 in lapide lato m. 0,55, alto 0,90, litt. 0,07; rep. Hr. Khaschnûn.

PLAVTIAE EP////
QVAE · OB · HON · FLAM · *p. p.*
AEDEM · A · SOLO C*um*
STATVIS EX HS X // M N
PROMISERAT · PLAV
TI FAVSTVS ET AVGE
HER AMPL PECVN
PERFECERVNT ·

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 74 n. 278.

CIVITAS VAZITANA SARRA (*Hr. el-Bez* supra p. 283).

1212 ad add. n. 293. Titulum multo pleniorem edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 242 n. 544. Idem mihi maioris partis ectypa misit, ex quibus quae exscripsi litteris rectis, reliqua obliquis expressi.

*PRO SALVTE · IMP · CAES · DIVI · SEPT*IMI · SEVERI *pi*I · ARA*bici* · ADIABE*nici parthici maximi ger*MANICI · *MAXIMI · FIL · DIVI · M · ANTon*INI · PII · GERMANICI SARMATICI NEPOT · DIVI · ANTONINI · PII ||
*PRONEPOT · DIVI · HADRIA*NI · ABNEP · DIVI · TRAIANI · PAR*thici et diui neruae adNEPOT* *M · AVRELI* ANTONINI PII FELICIS · PRINCIPIS · IVVENTVTIS AVGVSTI ||
*PARTHICI · MAXIMI · BRITTANNI*CI · MAX · PONT · MAX · TRIB · POTEST · X*u imp. ii cos. iii p. p. et iuliae DOMNAE AVGVSTAE PIAE FELIci*S · MATRIS · AVG · ET · CASTRORVM · ET · SENATVS · TOTIVSQ · DOMVS · DIVINAE || a. 212?
P · OPSTORIVS · SATVRNINVS · FL PP SAC · MERC · CVM · PATRIAE · SVAE · VAZI*tanae sarrae ob honorem flam. p. p. ex HS III M N · AEDEM MERCVRIO s*OBRIO · POLLICITVS · FVISSET · AMPLIATA · LIBERALITATE · EANDEM · AEDEM ||
*CVM · PRONAO . ET · ARA · FECIT · ET · OB DEDi*CAT · AEPVLVM · ET · GYMNASIVM · DED*it* . . . . *C //// Q · OB · HONOREM · XI · PR . AEDEM* . AESCVLAPIO · DEO · PROMISSAM BASSII OFERENT MVLTIPLICATA · PEC · FECIT ||

3 Poinssot exempl. pr. BRITANNICI. — 4 *Mercurio* [*S*]*obrio* cf. in titulo Romano Orelli-Henzen n. 5094 *numularius a Mercurio Sobrio;* deus ita appellabatur, quod 'non vino (ei) supplicabatur' (Paul. p. 296). Nam tantum de illa Verri explicatione verum esse existimo. — 5 quae sunt ante *multiplicata,* prorsus enucleare non potui, sed videtur esse, ut monet Mommsen, *bassi*[*n*] *o*(*f*)*ferent*(*ibus*); cf. n. 1215 v. 5.

1213 in fragmento alto m. 0,35, lato 1,10, litt. 0,08; rep. Hr. el-Bez.

////A/I//E/IC//////////
FL · P · HS · III · MIL · N · AEDEM MERC
HONOREM · XI · PR · AEDEM

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 244 n. 550.

Pertinet ad alterum exemplum tituli modo relati n. 1212.

1214 in lapide alto m. 0,70, lato 0,60, litt. 0,06; Hr. el-Bez parieti templi immissus sub n. 1216.

DEO HERCVLI
Q · ANIC*ius* ////VS
EQ · R · ARAM · CVM · ORNA
MENTIS · ET · SIGNIS · SVIS
FECIT · IDEMQ · DEDICA
VIT CVM SVIS

Poinssot *bull. d'Oran* p. 243 n. 546.

1215 in lapide alto m. 0,60, lato 1,90, litt. 0,095; rep. Hr. el-Bez.

*SI*GNVM DEI CVM EQVO EX A
*E*X AEDE · VETERE · IN · HANC · AE*DEM*
p. ops? *T*ORI · SATVRNINI · F · C · P
////*N*ORVM PERMITTENT*e?*
C · V · TRANSTVLIT ET IN BASSI I NP

Exscripsi ex ectypo quod misit Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 243 n. 548. Quae in ectypo non cernebantur, litteris obliquis expressi.

4 PERMITTVNT Poinssot; mihi in ectypo visum est PERMITTENT*e*. — 5 fin. elementum ultimum non est satis certum; BASSIIN Poinssot. — A parte dextra haud pauca desiderantur. Tituli sententia haec fere est: *Signum dei cum equo ex a*[*uro fulgens?*] ... *ex aede vetere in hanc aedem* [*novam, quam ob honorem X pr. P. Ops*]*tori Saturnini f*(*aciendam*) *c*(*uravit*) *P.* [*Opstorius* .... *ordine Vazita*]*norum permittent*[*e* ....] *c. v. transtulit et in bassi inp*[*osuit*] ... Aedes erit Aesculapi cf. n. 1212, 5. — *bassis* scriptum *s* duplici saepius (ut C. X, 5388) occurrere me monet Mommsen.

1216 in lapide alto m. 0,65, lato 0,60, litt. 0,04; rep. Hr. el-Bez templi cuiusdam parieti immissus.

pro salute
imp. caesaris
m. aureli commo
DI ANTONINI AVG
SARMAT ◊ BRITTANN
CIVITAS VAZITANA SAR
RA DECR ◊ DECVR ◊ PEC
PVB ◊ FECIT ET DEDIC
/// MAGG ◊ C ◊ CIN
//// CI*o* ◊ ET · T · SALLV
stio //// PAT ◊ POP
////////// DO ////

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 242 n. 545.

7 in. ////CI ◊ ET traditur.

1217 in lapide alto m. 0,25, lato 0,35, litt. 0,04; rep. Hr. el-Bez.

D · N · FL · GRA
TIANO · MACX
P · F · VICTORI
SE*mper* *aug.*

Exscripsi ex ectypo, quod misit Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 245 n. 556.

Hr. esch-Schorr (inserendum ante caput VI*a* supra p. 284).

1218 in lapide alto m. 0,40, lato 0,30, litt. 0,02; rep. esch-Schorr ad Silianam prope Gasr el-Hadîd in muro mapalis Arabici.

ob honorem FLAMONI *ex*
*summa h*ONORARIA SS II M N
*promis*ERAT MVLTIPLICATA PEC
unia D D ET OB DEDICATIONEM
SPORTVLAS DECVRIONIB · EISDEM
QVE ET VNIVERSO POPVLO EPV
LVM ET GYMNASIVM DEDIT
ITEMQVE SPECTACVLVM PVGI
LVM ET AVRIGARVM ET LVDO
RVM SCAENICORVM EDIDIT

Contuli ectypum acceptum a Poinssotio, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 250 n. 560.

2 seq. *h*ONORARIA SVM|*ma* HS /// M N MVLTIPLICATA cet. Poinssot. — Sic fere fuit: [. . *statuam?, quam* | *ob honorem*] *flamoni* [*ex* | *summa h*]*onoraria* (*sestertium*) *II m.* [*n. promis*]*erat, multiplicata* cet.

Inter *Testûr* et *Bu Djelida* (inserendum ante VI*a* supra p. 284).

Situs ruderum, qualis indicatur, convenit ruderibus q. d. Hr. Dermulîa, ubi Tissotius coniecit fuisse antiquam Corevam (cf. supra p. 284). Sed cum ibi hunc titulum frustra quaesiverim, alicubi in vicinia, ubi parietinas inveni multas, eum exceptum esse credo.

1219 rep. *dans une ruine à 10 kil. de Testour sur la route de Bou-Gelida.*

X AVG IMPRINI
SPASIANO
AVG P P FINE
PROVINCIALE
NOVA REIVET
DERIGIT

Missum a Roy Siccensi edid. Cagnat *rapport* II p. 149 n. 244.

Cagnat ita titulum restituere conatus est: [*e*]*x au*[*ctoritate imp.* | *Caes. Ve*]*spasian*[*i*] | *Aug. p. p. fine*[*s*] | *provinci*[*ae*] *A*[*fr*(*icae*)] | *nova*[*e*] *re*[*sti*]*tu*[*ti* | *p*]*er* [*L. Cle . . .*], acute sane, sed audacter.

VI *a*. BISICA (*Hr. el-Biskâ;* supra p. 284).

1220 rep. Biskâ.

M E M O R I A E
M · CAECILI · FELI
CIS M A*r*TIALIS
C · CAE*cili* FELICIS
E V *f*LAM*in. per*P
FILI
DECVRIONES ET
CAEREALES

Exscripsi ex ectypo accepto a Poinssotio, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1883 p. 304 n. 162.

5 in. fortasse *e(gregii) v(iri)*. — 8 de Caerealibus vide supra ad n. 583. 587 et infra n. 1264.

XVI. AQVAEDVCTVS CARTHAGINIENSIS (supra p. 293).

1221 rep. *entre le Foum-Karrouba et le Djougar, dans les travaux de l'aqueduc;* nunc el-Mogran.

D M S
M · PICARIO M · MEMO
RIS · FIL · TVRRANIANO
CASTO · RARO CVM VI
XIT VIRO MAGIS
TRO ETIAM IV
RIS QVI LXX AN
NVM AETATIS
EGRESSVS MEA'

Contuli ectypum acceptum a Cagnatio, qui ed. *rapport* II p. 3 n. 1.

Lapidem infra fractum esse non indicatur. Magistrum iuris adhuc opinor nullum habueramus.

XLI. *Hammâm el-Enf* (*Lîf*) (C. p. 131. 928).

1222 opus tessellatum rep. Hammâm-Lîf in basilicae antiquae parietinis.

SANCTA SYNAGOGA NARON PRO SA
LVTEM SVAM ANCILLA TVA IVLIA
GNAR DE SVO PROPIVM TESELAVIT
ASTERIVS FILIVS RVS
TICI ARCOSINAGOGI
MARGARITA RIDDEI PAR
TEM PORTICI TESSELAVIT
ISTRV ISTRV
MENTA MENTA
SERVI TVI SERVI TVI
NARITANVS ///MARONI

Bull. épigr. de la Gaule III a. 1883 p. 107 (cf. *comptes-rendus de l'acad.* XI a. 1883 p. 15 et quae animadvertit E. Renan ibid. p. 19).

Repetivi titulum parum perite exceptum ut editus est. — Monogramma christianum P α|ω et piscem, sed item candelabra septem lucernarum titulo adpicta esse additur *comptes-rendus* l. l. — 1 et 10 hinc sequi videtur ibi, ubi hodie est Hammâm-Lîf, olim fuisse oppidum quoddam Naronitanum. — A. Harnack (Hermae Pastor Lips. 1877 ad mand. XI, 8 imprimis p. 119) et E. Schürer (*die Gemeindeverfassung der Juden in Rom in der Kaiserzeit* Lips. 1879 p. 25 seqq.) cum docuerint testimoniis compositis tam scriptorum quam titulorum *synagogae* et *archisynagogi* vocabula proprie ad Iudaeos pertinentia de Christianis raro usurpata esse et ab ipsis fere repudiata maxime aevo inferiore, hic titulus tam Iudaicis quam Christianis signis signatus non mediocris est momenti.

XLII. CARTHAGO ET VICINIA (supra p. 299).

1223 ad n. 439. [Hinc lucem accipit titulus exceptus a Waddingtonio n. 2493 Zoravae in Trachonitide, scriptus litteris magnis et integer: *Πάτρων περίψημά σου*. Scilicet maritus uxoris mortem ita dolet, ut significet relictum se esse coniugii partem viliorem et sordes matrimonii. Notus est locus Pauli ad Corinthios 1, 4, 13: *ὡς περικαθάρματα τοῦ κόσμου ἐγενήθημεν, πάντων περίψημα ἕως ἄρτι.* Th. M.]

1224 ad n. 10529. Salomo Reinach, qui titulum vidit, eum adseverat recens factum esse in urbe Roma saeculo fortasse XVIII.

1225 rep. Carthagine prope portus antiquos.

MERCVRIO
AVG
S A C R V M
A R A N I A
A M A T A
VOT · SOL

Delattre *bull. d'Oran* a. 1884 p. 218 n. 506.
5 indicatur lectionem non esse certam.

1226 rep. Carthagine in foro quod dicitur antiquo.

. . . . *pio*
felici inuicto aug. pont.
max. britt. max. sarm. max.
PERS · MAX · GERM · MAX · TRIB
POTEST Ī̄Ī COS Ī̄Ī P · P · PROCOS
C · VALERIVS · GALLICANVS · HONO
RATIANVS · V · C · CVR · REIPVBL
KARTHAGINIS · NVMINI
MAIESTATIQ · EIVS · DICA
TISSIMVS

S. Reinach *revue crit.* a. 1884 p. 379 et emendatius *bull. d'Oran* a. 1884 p. 303 n. 586.

Si esset Diocletiani, errarent qui a. demum 288 Persici cognomen eum adsumpsisse statuunt; sed nescio an possit esse unius ex eius collegis.

1227 in basi alta m. 1,42, litt. 0,07; rep. Carthagine 100 circiter metris ab amphitheatri ruderibus (*à la Malga*). Nunc est St. Louis in museo.

palma BELLIS STRENVO palma
OPTIMOQVE CONSILIIS
D N FL VALENTI VICTORI AC
TRIVMFATORI · SEMPER · AVG
IVLIVS FESTVS · V · C ·
PROCONSVLE P · A ·
VICE SACRA COGNOSCENS

Delattre *bull. épigr. de la Gaule* a. 1883 p. 296 n. 244; inde repetitus *bull. d'Oran* a. 1884 p. 220 n. 507.

De Iulio Festo Hymetio proconsule Africae a. fere 366—368 (C. Iust. 3, 16, 1 a. 366; C. Th. 9, 19, 3 a. 367 cf. Ammian. Marcell. 28, 1, 17) vide ad C. VIII, 5336. 10609. VI, 1736.

L. *Mater* et *Hr. el-Khrîb* (C. p. 153).

1228 in lapide alto m. 0,80, lato 1,55, litt. 0,20—0,10; rep. Hr. el-Bîr in valle fluvii Wed Tîn inter Schauwâsch et Mater.

. . . . *imp. c*AES · DIVI · SE*ptimi seueri* cet. . . . .
. . . . . *trai*ANI PARTHICI E*t diui neruae adnep.* . . . .
. . . . *matris a*VG ET CASTRORVM E*t senatus et patriae* . . . .

Rebora *bull. d'Oran* a. 1884 p. 216 n. 498.

L*a*. PROPE VAGAM TVCCABOR VERSVS (C. p. 932).

1229 (= 10566) in lapide magno rep. Hr. Srîu. Nunc adservatur Tunete in museo.

IMP · CAES M AVRELI SEVERI ALEXAND*ri*
ET SENATVS ET *pat*RIAE I IIVS Q · V
ET M CAECILIO MANII I//II DIII /P FILIO II V · Q

Cagnat *rapport* II p. 145 descripsit pleniorem quam Carolus Tissot, cuius exemplum editum est n. 10566.

Est Severi Alexandri et Iuliae Mamaeae. Initio requiritur *beatissimis temporibus* vel simile quid. — 2 fin. *t*[*o*]*tiusqu*(*e*) [*domus divinae*].

L*b*. *Hr. Megaschia.*

Hr. Megaschia sunt rudera sita in clivo septentrionali montis Dj. Djejegua, 8 chil. ab Hr. el-Fuar, 16 chil. a Vaga septentrionem et orientem versus, a sinistra viae antiquae, quae Vaga Mater ducebat. De titulis, quos Vincentius ibi repperit numero sex, hic duos referam.

1230 in fragmento rep. in sanctuario quodam Arabico.

AVG AVG
PVBLICO ORDINIS CONCESSV MVLTI

Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 n. 27.

Titulus duobus numinibus Augustis dedicatus erat.

1231 rep. Hr. Megaschia.

HEC TITVLVS
\NI NR INMINE
I OSTROS IN
ıOSTIS DNO IVBA
CASTRV PERFEC

Exscripsi ex ectypo accepto ab A. Papier, qui edid. una cum Vincentio *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX p. 45.

2 litterae nexae ante INMINE quaenam sint parum liquet; fortasse *at* vel *rat*. — Totum titulum Mommsenus ita fere ait non fuisse, sed esse potuisse: [*Ubi factus est*] *hec* (= *hic*) *titulus* | [*iussu*] . . . . . *ani*, *at* (?) *inmine*|*bant antea in*] *nostros in*|[*eluctabiles*] *hostes d*(*omi*)*no Iuba* | [*regnante Mauri*, *ibi*] *castru*(*m*) *perfec*|[*tum est* . . . . .] — Titulum esse quinti fere saeculi et litterarum species docet et forma *hec* pro *hic* apud infimi aevi scriptores obvia.

L c. *Hr. Ramdam.*

Rudera dicta Hr. Ramdam sunt in ripa sinistra fluminis Bagerat, chiliom. circiter quinque ab Hr. Megaschia, 21 a Vaga inter septentrionem et orientem, prope sanctuarium (*Kubba*) Sidi-Amer et castellum (*bordj*) Ramdam ben Aschûr.

1232 rep. Hr. Ramdam.

D I I S M A V R I S
FVDINA · VACVRTVM · VARSIS

Exscripsi ex ectypo mihi misso ab A. Papier. Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 p. 46.

LI. VAGA (*Bêdja;* supra p. 320).

1233 in fragmento rep. Vagae.

iMp CAESAREM · AVG
// · M PLAVTIO SILVANO a. ante Chr. 2
*co*S · M TITVRNIVS M F
// · AFRICANVS AEDE*m*
*te*LLVRIS REFEC · H N C

Descripsi ad ectypa alterum Mommseno missum a Tissotio, alterum mihi ab A. Papier; ad Tissotii exemplum editus est *bull. d'Oran* a. 1884 p. 213 n. 485, ab A. Papier *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 p. 35.

1 *iMp* certum videtur. — CAESARE · AVG · XIII requiritur; quod fortasse corrupit, ut supra legitur, qui titulum post multos annos restituit. — 5 fin. H N C compendia quomodo solvenda sint non liquet.

1234 rep. Hammâm Sialta prope Bêdja.

I N H I S P R A E D*iis*
L S E P T I M I S E V E R I
P A R T H I C I M A X I M I E T
SEVERI C ꟲ ET IVLIAE DOMNAE
ILTVRIAIE CONIVAS

Exscripsi ex ectypo non satis bono mihi misso ab A. Papier. Edid. Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX p. 35.

1 fin. verbi *praed*[*iis*] ultimae litterae certe desiderantur, sed num in universum lapis a dextra fractus sit, non traditur. A sinistra nihil puto periit. Contra pars inferior videtur deesse. Quae cum ita sint, supplementa ponere minime in tuto est. — 4 *C*[*aesari*]*s* spatio non sufficit; elementum ante *et* fortasse fuit G, ut esse potuerit *C*[*aess. Aug*]*g*. — 5 CTVIAII C OMNI S Vincent; quae ipse dedi, non sunt certa.

LI*a*. *Sidi Soltan.*

1235 rep. in Arabum sanctuario (*Marabut*) Sidi Soltan 5 fere chiliom. a Bêdja ad viam hinc ad cognominem viae ferreae stationem ducentem.

MARTI CONSERVA*tori*
PRO SALVT*e* *i*MPP SEVERI
ET ANTONINI *et getae caes*
PRINCIP · IVVENT · ET · IVLIAE
DOMNAE · AVG · MATR · CAST
M · ROSSIVS · VITVLVS · PROC
DVCEN · IIII · PVBL · PROV · AFR

Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 n. 26.

2 SALVT MPP traditur. — 6 fortasse ROS*c*IVS; ceterum cf. add. n. 407 et quae exposuit Mommsenus supra p. 117.

LI*b*. *Hr. el-Fuar.*

1236 rep. Hr. el-Fuar sex fere chiliom. a Vaga ad viam, qui hinc Mater ducit.

SATVRNO
L · FVRIVS · L · F · SELEVC*us*
EX VISV

Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 n. 23.

1237 rep. Hr. el-Fuar.

MARIA EXTRICATA
SACERDOS MAGNA
PIA VIXIT ANNIS CIII
H · S · E

Vincent *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 n. 25.

LI*c*[*a*]. *Gasr Mezuâr* (supra p. 322).

1238 ad n. 468: [Qui nuperrime Terracinae prodiit titulus sepulcralis (*bull. dell' Instituto* 1884 p. 50) Alfeni Ceioni Iuliani Kameni, defuncti Arcadio et Bautone cos. (a. 385) anno aetatis XLII, cursum honorum enumerat cum C. VI, 1675 plane congruentem, nisi quod in fine urbani est *consulari provinciae Numidiae,* in fine Terracinensis *consulari Numidiae et vicario Africae.* Vicariatum eum gestum esse a. 381 efficitur ex eius anni constitutione C. Th. 12, 1, 84 data *ad Camenium vicarium Africae;* gessit igitur honorem eum annos natus triginta octo. Itaque hic diversus fuit ab Ceionio Iuliano Camenio praefecto urbi a. 333/4 (chronogr. a. 354 p. 629 ed. meae). At proconsul Africae Ceionius Iulianus qui nominatur supra n. 556 et fortasse item n. 468, potest esse praefectus urbi a. 333. Th. M.]

1239 in iisdem ruderibus, unde prodiit add. n. 465, alterum eiusdem monumenti fragmentum invenit Vincent ductor Gallus litteris admodum evanidis, ex cuius ectypo quae enucleare potuit edid. Papier *bull. de l'acad. d'Hipp.* XIX a. 1884 p. 47. Ipse ad ectypum ab eodem acceptum sic descripsi:

VA
AT S
ARIAT'
N \
tres versus evanidi
LA EII
MAICV
QVOD AD OPERA
ANTONINO AVG · III a. 139?
M ACCESSIMVS FVT*uris*
SENTENTIAM TVA INCESSA
E /ISIVH// *cocc*EIVS IIBERIANVS FIL COCCEI IIBERI*ani*
IMVS ORFITO ET *prisco cos.* a. 149?

1 MS — 3 SARTAE — 4 N — 9 MAE Papier. — 11 fin. num sit II an III an IIII, non constat. — 13 fin. TVAM INCESSA Papier. — 14 littera H ante // *cocc*EIVS non est certa; deinde fuit [*Cocc*]*eius* [*T*]*iberianus fil. Coccei* [*T*]*iberi*[*ani*].

LIV. SIMITTHVS (supra p. 328).

Sic emenda in inscriptione capitis pro *Simitthu.*

LIV*a*. *Hr. ed-Dekir* (supra p. 333).

1240 in cippo rep. Hr. ed-Dekir.

D M S
C · MESSIVS ❦ FE*lix*
*i*N · MEMORIA*m et*
IN · ETERNVM / / /
IIEXI/MIV///O
IIV/ MONVMEN
TVM · MIHI · ET · IVL*i*
AE · SILICIAE · VXOR*i*
MEAE · IN · AGRIS
MEIS · HOS · TITVLOS
POSVI · ANNVM
AGENS · LIX · PIVS · VI
XIT · ANNIS · L/XXIII
in parte inferiore:
DEDICAT · XI · KAL · DEC · MESSALA ET SABINO COS a. 214
IVLIA SILICIA PIA VIXIT ANNIS ////

Descripsi ad ectypum acceptum a Cagnato, qui edid. *rapport* II p. 134 n. 233; antea ediderat Vincent *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* m. Iunio d. XVII a. 1882, unde repetitus est *bull. de l'acad. d'Hipp.* XVIII a. 1883 p. 129.

3 init. *e*T Cagnat; sed si vere T esset prima littera, ego potius scriberem [*a*]*t*. — 5 ego descripsi sic: IIEXI/M//////, Cagnat sic: IIEXIIRIV//O.

LVII*a*. MVNICIPIVM CINCARITANVM (*Bordj-Tûm;* supra p. 344).

1241 in lapide alto m. 0,35, litt. 0,04; rep. Hr. Hamda *au nord de Bordj Tûm, sur la rive droite de l'Oued el-Leben.*

M E R C V R I O
AVG · SACR
PRO SALVTE *i*MP
CAESARIS MIS
N I R A S / / / / /

Descriptum a Roux ed. Cagnat *arch. des miss. scient.* IX p. 168.

1242 in lapide a. 0,75, lato 0,43; rep. ibi ubi n. 1241.

V I C T O R I A E
A V G · S A C R
P R O S A L V T E
*i*M*p*. C A E S A R I S
T R A I A N I
*ha*D R *iani* *a*V G
I VIIIIVSI · F SII
I
VA
I · PR N I
I · ECII

Descriptum a Roux ed. Cagnat *arch. des miss. scient.* IX p. 169.

LXIII, 1. TICHILLA? (*Testûr* C. p. 169. 938).

1243 ad n. 10615. Dele; est titulus n. 10071 male exceptus.

LXIV. THIGNICA (*Hr. ʿAïn Tunga;* supra p. 347).

1244 ad C. n. 1398 et add. n. 547 et 548. Repetens titulos hos Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 142 addit bases, quibus inscripti sunt, altas m. 1,30, latas 0,60, repertas esse loco antiquo prope basilicam paullum inter se distantes. Nec non statuam marmoream ad unam ex eis pertinentem ibi erutam et Siccam portatam esse.

1245 in arula rep. ʿAïn Tunga.

MONNAE AVG
SAC

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 141 n. 411.

LXV. THVBVRSICVM BVRE (supra p. 349).

Rudera dicta Hr. Gelaa sita esse tradantur in monte 6 fere chiliom. a Thignica meridiem versus ad fluvium Wed Kralled. Quare ad Thibursicenses revocavi titulum ibi exceptum.

1246 ad add. n. 556. Vide add. n. 468 et 1236 quaeque ibi adnotantur.

1247 in lapide alto m. 0,30, lato 0,50; rep. Hr. Gelaa, mox denuo terra obrutus esse dicitur.

DRACONI
AVG
SACRVM

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 148 n. 458.

Propter draconem deum conferendus est titulus Scupensis Eph. II n. 493 quaeque ibi adnotantur.

1248 in lapide magno effosso prope Tebursuk.

HAEC TAM PRISCA SVIS LONGAQVE ORIGINE NOLIS
CVRATOR TITVLIS SEMPER VIVESCERE LECTIS

Ad exemplum, quod fecit de Prudhomme, edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 82. Recognoscatur necesse est.

Hr. el-Maatria (inserendum ante LXV*a* supra p. 350).

Rudera dicta Hr. el-Maatria Thibursico 10 fere chiliom. disiuncta Vagam versus exploravit et descripsit I. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 144 seq. Ex titulis ibi ab eo collectis septemdecim hic referam notabiliores.

1249 Hr. el-Maatria.

MER*curio*
SAC*rum*

Mihi misit Poinssot, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 146 n. 446.

1250 in lapide fracto alto m. 0,40, lato 0,76, crasso 0,52, litt. 0,11—0,10; rep. Hr. el-Maatria intus in templi parietinis.

pro salute .... h|A D R I A N I · AVG · P · M · T|R I B ∞ P VIII COS III a. 124
|ROGATVS F EIVS A D I E C T O O R N A *men*|TO CORoNAE DEDIC·ET EPVLIS

Exscripsi partem priorem ex ectypo, quod cum totius tituli exemplo mihi misit Poinssot; idem ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 145 n. 437.

2 CORNAE traditur, fortasse pro COROΝAE.

1251 in lapide alto m. 0,54, lato 1,16, crasso 0,23, litt. 0,06; rep. el-Maatria.

PRO SALVTE · IMP · CAES · M · AV*reli commodi antonini* . . .
DIVI · HADRIANI PRONEPOTI · DI*ui traiani parthici abnepoti* . .
IVXTA LACV*m* MVNIFICENTIA *?publica* . . . .

Partem priorem mihi misit Poinssot, qui totum edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 145 n. 438.

2 ADRIANO — 3 LACA/ Poinssot in editione; contra, ut supra dedi, in exemplo manu scripto. — Intellego iuxta lacum vel statuam positam vel aediculam exstructam esse munificentia publica. Errore autem scriptum est *pronepoti* pro genetivo.

1252 in lapide alto m. 0,35, lato 0,90, crasso 0,30, litt. 0,11—0,08; rep. Hr. el-Maatria.

PRO SALVTE| . . . . *matris*
CASTRORV|*m* . . . .
OMNIBVS · HON|*oribus functus* . . . .
SPORTVLAS|*dedit et* . . . .

Mihi misit Poinssot, qui edid. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 147 n. 448.

1253 in fragmento alto m. 0,43, lato 1,30, litt. 0,07—0,10; rep. Hr. el-Maatria.

|*pro salute imp. c*AES LICINI VALERI|*ani* a. 253/9
|TOTIVSQ·DIVINAE DOMVS EORVM|

Mihi misit Poinssot, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 145 n. 439.

1 fin. VALERII traditur.

1254 in fragmento alto m. 0,31, lato 1,31, litt. 0,12; rep. Hr. el-Maatria.

|IVS · F · ARCVMQ|

Mihi misit Poinssot, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 146 n. 441.

In exemplo manu scripto ARCVM omissa Q.

1255 in lapide alto m. 1,20; rep. Hr. el-Maatria.

L CORNELIO SA
TVRN*in*O VETE
RANO EX TES
TAMENTO /
CORN*eli* GAL
LICANI FRA
TRIS EX HS $\overline{III}$ M N
C CORNELIVS
GALLICANVS FIL
IO//// POSVIT

Mihi misit Poinssot, qui ed. *bull. d'Oran* a. 1884 p. 146 n. 447.

4 fin. praenomen deesse in editione non indicatur. — 7 HS in exemplo mscr. deest.

LXIX. MVSTI (*Hr. Mest* sive *Hr. Sidi Abd er-Rebbû;* supra p. 357).

1256 in fragmento alto m. 0,40, lato 1,80, litt. 0,10; rep. Hr. Sidi Abd er-Rebbù.

AVG · ET · IANO · PATRI · AVG

Espérandieu *bull. d'Oran* a. 1884 p. 307 n. 593.

1257 rep. Hr. Mest.

. . . . SVA IMPENSA EXTRVXIT . . . .
ORDONAVIT ET ARCVM PARIETIBVS CONIVNCTIS ET PORTICVS . . .
..ET IN TEMPLO LIBERI PATRIS ET VENERIS SVA PECVNIA FECIT ET EPVLVM OB DEDI
. . . . . VSVRIS QVODANNIS OB DIEM DEDICATIONIS EPVLVM . . . . .

Descriptum a Prudhomme edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 83.

Repetivi ut editus est titulum imperite exceptum.

LXXII. SICCA (*el-Kef;* supra p. 363).

1258 ad n. 1651: Recognovi. 2 in. SER/AT//// O //// AC SINGVLARIS cet. — 3 STE// PATRONO — 4—6 ////////// VCC ////II OB L*iu*S ◠|////// V///ITIAM (fortasse *obsequentiam*) E*rga* VNIVERSV|*m* ORDINEM CVNCTAMQVE PLEBEM ////

1259 rep. Hr. el-Getât (vid. supra ad n. 1118).

D · N · IMP *Caes*
FL . IVL · CONST*antio*
P · F · VICTORI · *Sem*
PER · AVG
COL · IVL · VEN*eria*
CIRT NOVA SIC*ca*
DEVOTA NVMI*ni*
maiestatiq. eius

Roy *bull. d'Oran* a. 1884 p. 217 n. 500.

1260 in tabula alta m. 0,45, lata 0,56; rep. Kef.

† MVLTOS ANOS
⊗
† BI † BAT

Roy *bull. d'Oran* a. 1884 p. 218 n. 505.

LXXIII*a*. AVBVZZA (*Hr. Djezza;* supra p. 371).

1261 Hr. Djezza.

GENIO
IMP · CAES · ANTO
NINI · HADRINI
AVG
L · ANNAEVS · HERMES · FLM
ET · TRIB · KAS · GENTIS · ASIIA
7 · FRON · PAGNICVM ET PORT^{VS}C
ET · CALDAR · ET · CHOETE · CVM · OM
NIBVS · ORNMeNTIS · A · SOE
S · P · FEC · ID · Q · DED ·
CVRA/ O //EN SEVERO · SIL
VANI · VINDiCIS FiL M P

Exscripsi ex ectypo, quod Mommseno misit Tissot. Edidit Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 fasc. X.

6 KAS·, deinde ASLTA, ut sit fortasse *Aslita(nae)*, in ectypo legit Mommsen. — Hic *tribunus [k]as(telli) gentis As . . . 7 Fron(tonis?)* certo non est tribunus cohortis nec profecto conferendus cum illo *praefecto cohortis VII Lusitanorum et nationum Gaetulicarum sex* V, 5267, immo *tribuni* et *centuriae* vocabula, ut monet Mommsenus, collato legis coloniae Genetivae capite CIII, quo duoviro coloniae eius eive quem is armatis civibus praefecerit *idem ius eademque animadversio* tribuitur, *uti tribuno militum populi Romani in exercitu Romano* est, hic substituta sunt vocabulis iis, quibus indigenae praefectos militares suos appellabant. — 7 de paganico vide quae adnotavi supra ad n. 638. Fuisse genus thermarum paganorum usui publico destinatum hinc fortasse conicias; verum tamen certo id affirmari nequit. — 8 CHOETE est Graecum κοίτη et pertinet procul dubio ad apparatum balnearium. — 9 fin. litteram L cum post SO errore praetermisisset, cum altera O conexuit quadratarius. — 11 seq. erat fortasse CVRANE Q //EN (nomen gentile per compendium scriptum) SEVERO; deinde *Silvani Vindicis f[i]l. m(agistro) p(agi)*, nam *fl[a]m. p(er)[p](etui)* suppleri nequit, cum genetivus a quo vocabulo regeretur, sic non perspiceretur.

LXXIV. Planities *el-Gharfa* (supra p. 374).

3. Hr. el-Ust.

1262 Rudera, quae indigenis appellantur Hr. el-Ust, sita in montis Bu Kahil clivo meridionali vergente ad planitiem el-Gharfa, a Thaciae ruderibus 8 fere chiliom. distant orientem versus.

1263 in epistyliis duobus altis m. 0,65, longis uno m. 2,20, altero 2,0, litt. 0,10; rep. Hr. el-Ust.

VICTORIIS · AVG SACR · PRO · SALVTE
M · AVRELI · SEVERI · ALEXANDRI · PII · FELI*cis* *au*GVSTI PONTIFICIS MAXIMI TRIB

Mihi misit Poinssot; ed. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 83.
2 nomen imperatoris in litura repositum esse tradit Poinssot.

1264 in fragmentis duobus rep. Hr. el-Ust.

*pr*O SALVTE · IMP · CAES · M · AVRELI · COMM*odi* *a*NTONINI PII FEL*icis aug. germanici sarmatici brittannici pon-*
tif. MAX · TRIB · POTEST · XIIII · IMP · VIII · COS · *ii desig. ui* PP C ORTIVS / *f.* CI/INIVCI//PRA/ . . . . *cur.* a. 189
*rei f*RVM · Q · Q · SACERDOS PVBLICVS · DEAE · CAELESTIS · ET · AESCVLAPI · ARCVM · QVEM SVO ET C Orti O. . . . . *nomine*
*pr*O PRAECIPVA · ERGA · SANCTISSIMVM · NVMEN RELIG · PROQVE PERPETVO · PATRIAE · AMORE PRO*miserat sua pec. fecit*
*am*PLIVS STATVA IANO · PATRI · PERFECIT · ET · DEDICAVIT · STATVAM · QVOQVE · IN FORO · MAR*sya*E · S . . . .
*o*B · CVIVS DEDICATIONE LVDOS *sc*AENICOS *et e*PVLVM · CVRIIS · ET · CAEREALICIS · EXIBVER*unt* . . . .

Mihi misit Poinssot; ad exemplum acceptum a Prudhomme priorem partem edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 82.
2 POTEST · XIII Prudh.; secutus sum Poinssotium, cum praesertim consulatum fuisse a. 189 hiatus spatium suaderet; deinde Poinssot: C ORTIVS ET CI et quae sequuntur corrupta. — 3 in. ERVM · Poinssot. — in fine idem ET CO/FIO. — 4 in. CO Poinssot. — 5 MAR*sya*E supplevit Mommsen; cf. infra ad n. 1269. — 6 de *Caerealici(i)s* vide ad add. n. 583. 587. 1220.

LXXV. *El-Lehs* (supra p. 372).

1265 in lapide alto m. 0,20, lato 0,35, litt. 0,04; rep. el-Lehs.

*strat*VRAM TOTIVS TEMPL*i*
*sua p*ECVNIA FECERVNT ET

Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 255 n. 564.

PARS QVARTA.

PROVINCIA NVMIDIA.

VIII. THAMVGADI (*Timghâd;* supra p. 383).

1266 ad n. 2403. [Vulcacii Rufini, qui in albo ordinis Thamugadensis inter patronos primus est, nuper Romae loco antiquo, scilicet ibi ubi domus eius fuit, prodiit titulus (Lanciani *bull. della comm. arch. com. di Roma* vol. II p. 255) hoc quoque loco adferendus ita ut mea causa eum excepit Christianus Huelsen, quoniam inter reliquas etiam consularis Numidiae dignitas enuntiatur: *Singulari auctoritatis splendore pollenti admirabilisque eloquentiae benivolentie felicitate glorioso cunctarumq. dignitatum fastigia faborabili moderatione iustitiae supergresso Vulcacio Rufino v. c. cons(uli) ordin(ario), praef(ecto) praetorio, comiti per Orientem, Aegypti et Mesopotamiae, per easdem* (lapis *pasdem*) *vice sacra iudicanti, comiti ordinis primi intra consistorium, Numidiae consulari, pontifici maiori ob innumerabiles sublimis benigtatis* (sic) *titulos Ravennates monumentum perennis memoriae in vestibulo domus statuali veneratione dicaverunt ut* (sic). Pessime scriptus est et passim litterae ita deformatae, ut pro L, T, F sit I, E pro F; eos errores hoc loco repraesentare nolui. In fine spatium vacat. TH. M.]

1267 ad add. n. 697: Titulus insignis meliore exemplo et ectypo quoque a Poullio accepto infra emendatius repetetur a Mommseno et commentario illustrabitur.

1268 in lapide fracto supra et infra rep. Timghâd in foro una cum supra relato n. 697 forma et litteris eius simili.

I ORVM IN
//RC\ ///// *p*ERPETRATA
FVERI/ *s*E*ru*ANDA *e*ST QVIQV
C/// PERS//IS NECESSARIIS NE
*got*IIS VENIVNT ETIAM CIRCA
OS PAR FORMA SERVANDA EST
//// /IA IN CARCERE CO*n*STITV
////N DEBENT AB ORDI*n*E CIVI
TATI*i*S VT BREVEM MAGISTRA
tus /AC//////T VIC/VM IPSI*s* ET
*c*VSTODIBVS PREBEAT ACCEPTVM
*a*3 ORDIN IN E AVTEM PERS

Exscripsi ex ectypo quod Mommseno misit Poulle, qui edid. *rec. de Const.* XXII a. 1882 p. 402 n. 163.

4 in. prima littera est aut C aut O aut Q. — A semper sic est A.

Videtur esse altera pars edicti ab Ulpio Marisciano praeside provinciae promulgati. Intelleguntur haec fere: ... *orum in* .. *rc* ...... [*p*]*erpetrata* , *fueri*[*t*, *s*]*e*[*rv*]*anda est; quiqu*(*e*) | *c*.... *pers*..*is necessariis ne*|[*got*]*iis veniunt, etiam circa* (*h*)*os par forma servanda est* . | .... [?*it*]*a in carcere co*[*n*]*stitu*[*i*] | [*tame*?]*n debent ab ordi*[*n*]*e civi*|*tat*[*i*]*s, ut brevem magistra*|[*tus*] . *ac*.... *t uic* . *um* (fortasse *magistratus faciat et victum,* ut vidit Mommsenus) *ipsi*[*s*] *et* | [*c*]*ustodibus pr*(*a*)*ebeat acceptum* | [*a*]*b ordin*[*e*] . *in* .... *e autem pers* ....

1269 in columna sexangula alta 0,23, lata in unoquoque latere 0,19, litt. 0,012; rep. Timghâd.

pRO SALVTE · ET VC
TORIA · IMP · NER
VAE · TRAIAN · CAES
AVG · GERMANICI ·
DACICI · CONDITO
RIS · COL · T · FLAVIVS
FELIX · CONDVCTOR
QVINTARVM MR
/YAAI/PET/

Exscripsi ad ectypum, quod cum exemplo Duthoitiano Mommseno misit Poinssot, qui edid. *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 91 (cf. *revue crit.* a. 1884 p. 238).

5 seq. cf. C. p. 259. — [Quintae meminit constitutio Valentiniani III a. 445 (Nov. tit. 18, 1 c. 2) de Numidia et Mauretania Sitifensi tractans: *quinta etiam, quae in privilegiis domus pietatis nostrae vel necessitudinum nostrarum resedit* (codd. *recedit*), *superfundatus cunctis possessoribus, ut promissa summa, quae ad arcani defundenda est, impleatur*. TH. M.] — 9 ˢYMIPFP Duthoit; secundum ectypum est aut sYMI/PET aut sYAAI/PET. [Lege *Marsyan*, deinde fortasse *s(ua) p(ecunia) f(ecit) et [dedicavit]*. Vide similem titulum Verecundensem n. 4219 quaeque ibi adnotata sunt et supra n. 1264. Vides hic quoque dedicationem Marsyae cum coloniae constitutione coniungi. TH. M.]

1270 tabula a. m. 0,53, lata 1,08; rep. Timghâd in pavimento fori.

QVI · EVEN

VENARI	avis	LAVARI
LVDERE	caput	RIDERE
OCC EST	asini	VIVERE

SINVSO

Descriptum a Duthoit ed. Poinssot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 92.

VAZAIVI (*Ain Zui;* supra p. 378).

1271. Collatis ectypis titulorum supra relatorum n. 663—666 et 669 roganti mihi officiosissime subministratis ab Alexandro Papier Hipponensi cognovi lectiones traditas ab eis qui primi hos titulos ediderunt in n. 665 v. 3 seq. VAZAIVI et n. 666 v. 4 VAZAIVITANO*rum* immerito me in dubium revocasse, nimirum nimis confisum exemplis Masqueraii titulorum in Corpore editorum n. 10716 et 10718. Nomen igitur stationis fuit *Vazaivi*. Praeterea excussis ectypis haec habeo quae addam.

1272 ad add. n. 663: ex ectypo sic excepi initium:

V
N I / / A /
d IIS CONSE*r*

— 4 seq. POPILIVS / ...AI /

1273 ad add. n. 664: 4 EXERCITVS. — 5 TORC⊚BOTID⊚ quod cum videatur legendum *Torchoboti deo,* quomodo explicandum sit, ignoro. — Deinde nonnulla perierunt lapide fracto.

1274 ad add. n. 669: 6 in. VIT (F qui ediderunt videntur ex coniectura addidisse). — 12 PARENTIVM. — 20 fin. LEG · AVG. — 21 erasus est. — 22 init. IIIA · EIVS CIRCA cet. — Lapis infra fractus est, ut nonnulla possint periisse. — C et G in hoc titulo vix differunt.

XI. OASES INTER AD MAIORES ET LAMBAESEM (supra p. 391).

1275 ad add. n. 705*a*. [Addendi tituli duo Graeci, alter urbanus (C. I. Gr. 6015) anni 236, in quo est T. Αὐρ. Ἡλιόδωρος Ἀντιόχου Ἀδριανὸς Παλμυρηνός, alter exceptus Aeritae in Trachonitide (Lebas-Waddington n. 2440): Ὠγένει Ἁδριανὸς Παλμυρηνός. Th. M.]

XII, 1. CASTRA LAMBAESITANA (supra p. 392).

1276 in lapide alto m. 0,95, lato 1,13, litt. m. 0,07, in laterculo 0,015; effossus Lambaesi intus in praetorio.

(*Textum vide pag. seq.*)

Contuli ectypum, quod Mommseno misit Poinssot. Idem accepit exemplum ab A. Poulle. Descriptum a Duthoit ed. Poinssot in *bull. d'Oran* a. 1884 p. 204 et *revue critique* a. 1884 p. 239.

Pag. *a* 16 in. ANNIVS Duthoit. Secundum ectypum est /ANNIVS. — 19 cognomen videtur esse aut *Cor*[*vus*] aut *Cor*[*ax*]; RVS//// Duthoit.

Pag. *b* 17 ante numerum IIII dubito, an exstet nota cohortis talis ↄ. — 23 fortasse *Ae*[*mi*]*lius Magio.*

Pag. *c* 12 fortasse *Prom*[*p*]*tus.* — 14 fortasse *Mag*[*nus*], nam post G in ectypo videtur esse N. — 24 cognomen in ectypo dispici nequit.

Pag. *d* 14 videtur *Aetrill*[*ius*], deinde *Furennianus* Duthoit; est fortasse FVRENNIANVS. — 18 cognomen corruptum est, sed ectypum ad id enucleandum non sufficit.

Quomodo cum eis, quae de legionum centurionibus hucusque cognita sunt, hoc monumentum insigne conciliandum sit, hoc loco non quaeremus. [Praeter evocatum unum, de quo dixi supra p. 150 hoc ipso titulo citato, recensentur in laterculo *primi ordines et* reliqui *centuriones* numero LXIII, scilicet quinque in cohorte IX, seni in cohortibus II. III. IV. V. VII. X, septeni in I et VIII, octo in VI. Egi de laterculo apud Poinssotium in ephemeridis fasciculo mox prodituro et discrepantiam numerorum eo revocavi, quod in cohorte IX unus locus tum forte vacabat, ibi autem ubi nomina iusto plura reperiuntur, centurionibus eo ipso quo monumentum factum est tempore mutatis tam qui exibat quam qui intrabat ad impensas monumenti contribuerunt, eo maxime usus, quod in ipso principio adsunt duo primi pili. — *Primi ordines* ubi desinant et *centuriones* vulgares ubi incipiant, parum constat; cf. huius Eph. vol. IV p. 239. Th. M.]

IMP · CAES · M · AVRELIO
ANTONINO · AVG · DIVI · AN
TONINI · FIL · DIVI · HADRIAN · NEP
DIVI · TRAIANI · PART · PRONEP · DIVI
NERVAE ABNEP · TRIB · POT · XVI COS III a. 162
PRIMI · ORDINES · ET · CENTVRIONES
ET · EVOCATVS : LEG III AVG · DEDIC
D · FONTEIO · FRONTINIANO · LEG · AVG · PP · COS · DES

COH I	COH III	AELIVS · V · ISIDORVS	VII	VIIII
SATRIVS · CRESCENS · P · P ·	SVLPICIVS · OLYMPILINVS	VALERIVS TITIANus	NAEVIVS CASTVS	IVLIVS VRBANVS
GIGENNAVS · VALENS · P · P ·	IVLIVS · PROVINCIALIS	cLAVDIVS BASSus	AELIVS IANVARIVS	DOMITIVS FVSCANVS
AVRELIVS · GEMINVS	AELIVS · LEPIDINVS	cLAVDIVS PROM/IVS	IVLIVS IVLIANVS	DOMITIVS NIGER
IVNIVS · VERVS	VINnius · MASCEL ·	TERTIVS MAC///	MAECIVS PROBVS	VLPIVS EMERITVS
VERANIVS · CANDIDVS	ATIDIVS . AVSTER	PROBINIVS CANDiDVS	AETRILI/// FVR//NIANVS	MINICIVS CENSOR
CVPRONIVS · SECVNDVS	ANTONIVS · MODERATVS		IVLIVS ACCEPTVS	
ANNIVS PRISCVS		VI		
COH II	IIII	VITELLIVS AEDILis	VIII	X
AVRELIVS · GENIALIS	PVBLILIVS · HORATIANVS	TERENTIVS SATVRNINVS	AELIVS ALVECRATIANVS	IVLIVS AFRICANVS
ANNIVS · COR///	VARIVS VALENTINVS	MAMIVS PROBVS	FLAVIVS IVVENALIS	LVRIVS SATVRNINVS
CLODIVS · CRESCENS	M · ANTONIVS CLEMENS MISS	PLOTICIVS FELIX	THORANIVS POTITVS	AETRIVS RVFINVS
CEIONIVS · RVFVS	CALVISIVS IVNIANVS	LICINIVS EMERITVS	BVCCIVS MONTANVS	AELIVS AMANDVS
ANTONIVS · ////VS	PETILIVS PAVLVS	PETILLIVS FAVSTVS	ANTONIVS NEREVS	CORDIVS ASCLEPIODORVS
PATIVS · FIRMVS	AE/LIVS MACIO	MENONIVS VARRO	PVTIVS CLEMENS	FALTONIVS IANVARIVS
		AELIVS TR///BVS	ANTONIVS VALENS	LIBELLIVS PRIMITIVOS EVOCATVS

1277 in fragmento alto 0,33, lato 0,50, litt. 0,06; effosso Lambaesi ad portam castrorum septentrionalem.

. . . . *qui* MILITARE COEPERVNT
. . . . *aspre*NAT*e* II ET LIBONE COS a. 128
*et l. neratio marcello et p. iuu*ENTIO CELSO II COS a. 129

Descriptum a Duthoit ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 208 n. 480.
2 in. NATO traditur.
Accedit ad titulos quos supra p. 4 composuit Mommsenus.

XVII. LAMASBA (*Hr. Meruâna?* C. p. 445. 956).

1278 ad n. 4437. 1 GENIO LAMSO vere esse in lapide, 2 in. ante AVG duas fere litteras corruptas esse testatur Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 219.

1279 ad n. 4440. Initio laterculi Masqueray dicit in ectypo se dispicere *Matricerigauda,* non *Matricerda;* cf. *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 223.

1280 Hr. Mafuna una cum n. 4436. 4437.

D M *s*
L VOLVNTIL*i*O
L FIL PAP FRONTO
NI VIRO FORTI
VIX AN LXXV MIL *a. l*
VOLVNTIL*i*VS PINETV
ET VOLVNTIL*i*VS TERTV*llus*
PATRONO B M

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 220.
2. 6. 7 VOLVNTILL- pro VOLVNTILI- Masq.

1281 Hr. el-Abîd (cf. C. n. 4458).

CON
IVNX CONIVGI CARIS
SIME VIVOS VIVAE TV
MVLVM CONSTITVIT
DEDICAVITQVE MEMO
RIBVS FVTVRIS HERE
DIBVS COMMVNIBVS
POST MORTEM NOSTR IN
SCRIBERE QVOD NVME
RO ANNOS EXEGERIMVS

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 221.

XIX. TVBVNAE (*Tobna* p. 453).

1282 ad n. 4485. Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 226 titulum inventum *dans un mur du moulin de Barika* sic excepit: M VALERIVS M F PA|P/////// SCRI|BONIANVS OB HO|NOREM II VIRATVS | PRAETER LEGITI|MAM DE SVO POSVIT | DEDICAVITQVE || L VALERIVS M F | PAPI/// /// RVFI|NVS SCRIBO|NIANVS AE|DILICIVS ////|///// SVA PEC | DE*dicauit*

1283 in fragmento litt. m. 0,16; rep. Tobna.

DIV
p|*a*RTH
c|OS Ī

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 225.

1284 rep. Tobna.

REP ///T
L AVRELIVS C
/// VETVST
LEG III AVG

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 226.
Lapis et male exceptus est neque ubi fractus sit indicatur.

XXII*b*. NARAGGARA (*K'sîba Mrau;* supra p. 415).

1285 addo titulos Latinos Naraggarae repertos praeter supra editos mihi in promptu esse neque tamen edi tres, quos ex schedis Leroux ductoris Francogalli excerptos Mommseno misit Villefosse; deinde editos a Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1883 p. 301 seq. undecim; item alios undecim a me ipso descriptos.

XXV. MADAVRA (*Mdaurusch;* supra p. 418).

1286 Mdaurusch.

D M S
C IVLIVS IVLIA VICTORIA
P V A LXXXXI P V A CX
IVLIA //// C IVLIVS DONATVS
P V A VIII P V A XLV
H · S · E
C · IVLIVS VICTORINVS TESTARIVS
PARENTIBVS SVIS FECIT

Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1883 p. 292 n. 269.
7 [*testarius* mihi est qui in glossario Stephaniano memoratur *fictiliarius* = ὀστρακοποιός. Th. M.]

XXX. THVBVRSICVM NVMIDARVM (*Khamisa;* supra p. 421).

1287 in basi alta m. 1,0, lata 0,40; rep. Khamisa.

Q · A V I A N I
VS · M · F · QVR
M A R C E L
L V S · P E S C E N
N I A N V S
D E C V R I O · A E D I L
MVNICIPI · DEC · *et* ·
A E D · COLONIAE · SIC
CENSIS · PRAEF . I · D
II VIR · AD*i*ECTIS · AM
*pli*VS AD LEGITIMAM ·
*summ*A M Ī Ī VIRATVS
. . . . . MIL · N · PECVNIA
. . . . ORDI
. . . . AVIT
i d e m q. d e d i c a V I T

Goyt *rec. de Const.* XXII a. 1882 p. 302 n. 22.
7 traditur DEC · II; emendavi ego. — 10 ADLECTIS traditur.

XXXI. THAGASTE (*Sûk Aghâs;* supra p. 422).

1288 ex sepulcreto antiquo ad hortum dictum *Djenân Abd er-Rahmân* prope vicum Sennûr, ubi est statio prima viae ferreae Thagaste ducentis Hipponem Regium a Thagaste 9 chil. disiuncta, Charrier effodit titulos Libycos complures, Punicum unum, Latinos quindecim nominibus barbaris insignes cf. *bull. de corr. afric.* s. n. a. 1884 p. 75 seqq. Eos omisi, cum praesertim lectio eorum videatur non satis stabilita; referam unum repertum non longe a loco supra dicto in saxo vivo.

1289 in colle Dj. Gelala prope pagum ʿAin Sennûr in vivo saxo incisum, ad fontem ʿAin Maker.

H E R C V L I
AVG · SAC ·
O P T A T V S Æ
CRI STIANISVS
S V L P I C I A N I

Descriptum a Charrier ed. Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 74.
3 fin. litteras ligatas aut AF aut AVF esse traditur. — 3 seqq. denuo conferantur oportet.

XXXIV. THABRACA (*Tabarka;* supra p. 425).

1290 in tabula marmorea alta m. 0,78, lata 0,56, litt. 0,10—0,07; rep. Tabarka.

I O *m*
QVOD · M · IVNIVS . . . . *a splendi-*
DISSIMO · ORDINe . . . *creatus est, aedem iouis uetustate*
DILAPSAM · P*roprio sumptu restituit procon-*
SVLATV · L · CASSI . . . . . *idemq. dedicauit*

L. Rebora *bull. d'Oran* a. 1884 p. 131 n. 363.
Ubi fracta sit tabula non indicatur. Supplementa partim non sunt certa.

1291 Tabarka.

M · LVSIVS · / / /
F · PVPI · TER*ges*
TE · MILES · LEG . . .
7 · LEONIS *sti*
PENDI *or* V*m* . . .

Descriptum a Madamet ed. L. Rebora *bull. d'Oran* a. 1884 p. 134 n. 389.
2 *Pupi(nia)*.

XXXVI. HIPPO REGIVS (*Bôna;* supra p. 426).

1292 ad n. 10838. Ectypum mihi misit A. Papier; est ab altera parte CIRTENSIM conexis litteris V et M.

1293 rep. Hippone Regio *sur le sommet du mamelon d'Hippone.*

. . *pr*AEF · CO*h* . . .
. . *t*RIB · MIL · L*eg.*
. . *p*RAEF · EQ . . .

Papier *bull. de l'acad. d'Hipp.* XVIII p. XXXV. Cf. *ibid.* p. LI.
1 in. CAEF — 2 in. RI · B traditur.

LI. MASTAR (*Ruffach* vel *Beni-Ziad;* supra p. 440).

1294 rep. Ruffach.

TEMPLVM
C · NONIVS · HOSP   persona alata (?)
ES · V · S · L · A ·

J. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 191 n. 168.

LV. INTER CIRTAM ET RVSICADEM (supra p. 442).

1295 rep. *sur le Dra des Beni-Ougad, à l'Henchir Mrazli-Melk de Si Hamouda ben Braham ben Kaid Kasba, commune de Bizot . . . . à côté de chambres rectangulaires et demi-circulaires mises à découvert par des fouilles d'indigènes.*

? *iou*I · A V G S A C R V M
....E L P I S T V S AVGVSTALIS COL
....EO FILII FILIAE LIB · ET · HERES TEM

A Sergentio descriptum ed. V. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 79 n. 137. Titulus ut denuo examinetur necesse est.

LXI. CVICVL (*Djemila;* supra p. 452).

1296 in tabula alta m. 1,20, lata 0,80; rep. Djemila.

M · A V R E L I O
C A E S I M P C A E S
T · A E L · H A D R I A N
A N T O N I N I A V G
PII · P · P · FIL · TRIB · POT a. 147
C O S II E X T E S T A
M E N T O M · P O M
PEI · M · FIL · QVIR · VE
T E R I S F L A V I A N I
A V G · L · P O M P E I V S
M · FIL · QVIR · NOVEL
LVS · AED · II VIR · AVG · MAX
A V G · B I S F R A T E R
A D I E C T O P O D I S
M O P O S V I T E T L V
D I S E D I T I S D E D I
C A V I T

V. et J. Reboud *rec. de Const.* XX a. 1881 p. 208 n. 191.

7 M. Pompeius M. f. Vetus redit in n. 8341. — 10 *aug*(*ur*), item 12 *aug*(*ur*) *max*(*imus*). [Cum inventum sit in titulo Cirtensi n. 7103 *auguri* . . . . *ugurum VII,* fortasse in eo supplendum est *auguri,* [*maximo a*]*ugurum* (*septies*), in hoc legendum *aug*(*ur*), *max*(*imus*) *aug*(*urum*) *bis.* Th. M.] — 14 seq. *podismus,* pro quo alibi occurrit *pedatura* (v. c. Wilm. exempl. 287), significat aream circum monumentum ambitus causa vacuam relinquendam atque una dedicatam.

PARS QVINTA.

PROVINCIA MAVRETANIA SITIFENSIS.

VI*a*. *Beni-Fuda* (supra p. 453).

1297 Beni-Fuda.

. . LIAE HONORATAE C *f.* MA
TRI COELIORVM MAR
TIALIS ET SENECIONIS ◊
C·C·V·V·ET·CN·COELI SENEC
ION · FRATRIS · EORVM ◊

Rouquette *bull. d'Hipp.* XVI a. 1881 p. XXI. Finot *comptes-rendus de l'acad. d'Hipp.* a. 1883 fasc. V p. 10 seq.

1 HONORA·AE MA Finot, HONORATAE CIIVIA Rouq. Erit *Honoratae c(larissimae) f(eminae)* cet. (cf. Villefosse *bull. d'Hipp.* l. l. p. XXX). — 2 in. TRIS — 4 seq. SENECE|EQR Rouquette.

VII. SITIFIS (*Setif;* supra p. 454).

1298 Setif.

MEMORIAE
AVRELI RVFI*n*I · COH · I
VRBANAE · CRESIVS ·
PEREGRINVS · ET AVRELIVS
BARICCIO MILITES COHOR · P · V ·
PROCVRA VERVNT
AVRE*li*VS · L · IES L · P S F

Descriptum a Payen ed. Villefosse *bull. du comité des trav. histor.* a. 1884 p. 73.

2 RVFIMI traditum est. — Titulus accedit ad eos, quos composuit Mommsen supra p. 118.

PARS SEXTA.

PROVINCIA MAVRETANIA CAESARIENSIS.

VI*a*. *Hr. Sûk el-Khemîs.*

Rudera indigenis dicta Sûk el-Khemîs gentis Uled M'sellem nuper explorata a Choisnetio sita esse dicuntur chil. circiter 50 ab Auzia inter meridiem et orientem in valle fluvii Wed Tarfa. Nomen coloniae, quae ibi fuit (cf. n. 1299. 1300), ignoratur.

1299 in fragmentis duobus altis m. 0,46, latis altero m. 0,37, altero 0,72, litt. 0,05; rep. Hr. Sûk el-Khemîs.

D E A E *bonae u*ALETVDINI · SANC
L CASS*ius* / *f. cas*TVS · EX · DEC · VET
FL·PP·CO*l. et*. . . . . .DA LVCIOSA EIVS
T E M P L*um cum orna*MENTIS SVA PEC
NA FECE*runt dedica*VERVNTQVE E
REIP DO*no deder*VNT

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 308 n. 596.

1300 in lapide alto m. 8,81, lato 1,85, litt. 0,06; rep. ibi ubi n. 1299.

Q · GARGILIO · Q · F · Q · MARTIALI VET · FL ·
P · P · COL · PAT · CVRATORI ET DISPVNCTO
RI REI · P · ET · IVLIAE · PRIMAE · EIVS · Q · GARGI
LIVS Q F MARTIALIS EQVES ROMANVS
MILITIAE PETITOR COL PAT · FILIVS EORVM
PARENTIBVS DIGNISSIMIS ·

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 308 n. 595.

2 seq. Hic Q. Gargilius Martialis non diversus videtur ab eo, ad quem spectat n. 9047 positus a. p. Chr. 260.

1301 rep. ibi ubi n. 1299.

D M S
IVL · HONO
RATVS B F ·
PR · PROFV
TVRA · IVL ·
PROCESSAE
FIL · PIISSIMAE
V·A·VIII·M·VI D
· VIIII ·

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 309 n. 599.

3 seq. *b(ene)f(iciarius) pr(aefecti legionis)*. *Profutura* videtur nomen esse matris.

IX. RAPIDVM (*Sûr Djuâb;* supra p. 459).

1302 in fragmentis quattuor altis m. 0,80, latis *a* 1,05, *b* + *c* + *d* 2,54; effossa a Choisnet Sûr Djuâb ad antiqui oppidi portam orientalem, supra quam tabula integra affixa fuit.

*imp. caesari*BVS · AVGVSTIS · M · AVRE*lio antonino ar*MENIACO PARTHICO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE
*potestatis xxi c*OS III · ET · LVCIO · VERO · *Armeniaco parthi*CO MAXIMO MEDICO TRIBVNICIAE POTESTATIS·*u*$\overline{\text{II}}$·COS $\overline{\text{III}}$ a. 167
ueterani et PAGANI CONSISTENTES *aput rapidum mu*RVM·A FVNDAMENTIS·LAPIDE QVADRATO EXSTRVXERVNT
*pecunia e*T SVMTV OMNI SVO ID EST V*eteranorum et p*AGANORVM · INTRA EVNDEM MVRV*m i*NHABITANTIVM
adiuuante ET CVRANTE · VIRO · EGRE*gio* ...... *pudent*E PROCVRATORE AVGVSTORVM OPTI*morum et* PRAESIDE
*eodemque de*DICANTE

Descriptum a Choisnet edid. Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 71.

Est alterum exemplum tituli supra relati n. 955. — 2 fin. L. Veri tribunicia potestas hic ut n. 955 traditur in lapide esse $\overline{\text{xII}}$, errore, puto, quadratarii pro eo, quod posui, $\overline{\text{vII}}$.

XVIII. TIPASA (*Tipaza;* supra p. 460).

1303 in lapide alto m. 0,40, lato 0,60; rep. Tipasae in parietinis Byzantiis sitis ad viam Romanam 900 m. ab oppido magis orientem quam meridiem versus.

IN HIS PRAEDIIS M ❧
HORTENSI GAVDEN†
ET FILIORVM ❧ EIVS
GAVDENTIIS
RES†TVTVS PROV CCXXXVIIII a. 278

Ad ectypum photographicum ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 214 n. 486 (cf. ibid. p. 311).

[Similes sunt n. 8209. 8378. 8421. 8690. 9725, item supra n. 962. 1234, acclamationes scilicet in latifundiis propositae ab actoribus in honorem dominorum; supple cogitatione *Gaudentiis* (*felix faustumque sit: dicit*) *Restitutus*. TH. M.]

1304 in opere tessellato reperto cum aliis tribus Tipasae in ecclesiae occidentalis ruderibus sitis in promuntorio Ras el-Konisia.

SI · QVIS · VT · VIVAT
aves QVAERIT · ADDIS
CERE · SEMPER ·
HIC LAVETVR
AQVA · ET · VIDEAT ·
CAELESTI*a regna?*

P. Gavault *revue afric.* a. 1883; repetiverunt de la Blanchère *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 162 et Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 313 a quibus sumpsi ego.

Spectat titulus ad baptisterium id ipsum, in quo inventus est.

XX. CAESAREA (*Scherschel;* supra p. 461).

1305 ad add. n. 1033: Partem priorem adinvenit Schmitter *bull. épigr. de de la Gaule* a. 1884 p. 65 n. 142, ut totus titulus legatur in hunc modum:

CRESTVS · DECVRIO · CORPOR · C ·
AVLE · VXOR · POSIT · OB
'sic' MEERITIS · EIVS ·

1 fin. iam legerim *corpor(um) C(aesariensium)*. [Malim *corporatus Caesariensis*. TH. M.]

1306 rep. Scherschel in fundo Rifard ad viam Algerium ducentem.

FLAVIA · SATVRNI
NA · LAVRO · VIRO ·
SVO · IIQVITI · ALAII
II · TRACVM · TVRM
A · SVLPICI · MILITAV
IT · AN · XXVII · MIIRII
F · D · S · C

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* a. 1884 p. 63 n. 138.

2 fortasse fuit *Fl. Tauro* similiterve. — 6 fin. seq. dummodo versus recte excepti sint, ita legendum: *mere(nti) f(aciendum) d(e) s(uo) c(uravit)*.

1307 rep. Scherschel ad viam Cartennam ducentem, prope el-Kantara.

B MR
FRIDILA IN
PA QVIISCIT
⳨

Schmitter *bull. épigr. de la Gaule* a. 1884 p. 63 n. 135.

B(onae) m(emo)r(iae) | Fridila in | pa(ce) qu(i)escit.

XXIX. *Orléansville* (supra p. 479).

1308 in tessellato cubiculi balneatorii pavimento effosso Orléansville in hortis valetudinarii.

SILIQVA FREQVENS FOVEAS MEA MEMBRA
LA · VACRO

venatores duo dextrorsum gradientes cum cane — aper in venatores irruens

eques cum clupeo — panthera ex palmis prorumpens

G. Loustan *bull. épigr. de la Gaule* IV a. 1884 p. 20.

Siliquam non diversam esse a seliquastro et pro sedilis genere habendam ad balneatorium apparatum pertinente probare studuit Mowat l. l. p. 21; attamen nobis id non persuasit, licet melior explicatio in promptu non sit. Fortasse hoc verbum parum recte exceptum est, neque aptum est hexametro.

Meschera Sfa (inserendum ante XXXIII *b* supra p. 482).

Derrien ductor Gallus ex sepulcreto monumentis rudibus ingentibusque insigni, quod hucusque indigenarum fuisse putaverant, sito prope rudera dicta Meschera Sfa (in territorio Frendae, 38 chil. disiuncta a Tiaret, in ripa sinistra fluvii Mina) quinque eruit titulos christianos, ex quibus hic unum referre satis habeo:

1309 in lapide alto m. 0,32, lato 1,0; rep. Meschera Sfa.

DEDITI XPI VMBRIVS FELIX MAC
FECIT VOTVM REDDIDIT DO PRECA
TVR PRO SVIS PECCATIS ALVT
FICETVR A · P · CCCIX ET 7 III

Descriptum a Derrien ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 290 n. 583.

1 videtur Umbrius fratres christianos alloqui: *Dediti* (*Christi*), *Umbrius Felix mag*(*ister?*) | *fecit, votum reddidit d*(*e*)*o, preca*|*tur pro suis peccatis, al-*(*b*)[*i*]|*ficetur* ..... [Scrib. CCCLX ET ϤIII, id est anno prov. 369 = p. Chr. 408. Th. M.]

XXXIII*b*. *Tagremaret* (supra p. 482).

1310 in lapide alto m. 1,10, lato 0,45, litt. 0,06; Tagremaret in aedibus Alibert.

L I C I N I A E S E
C V N D A E B O
NAE MEMORIAE MA
RITAE ❦ CVIVS FA
TVM · TALEM · FVIT VT
NE QVIDEM PIGNVS
COMMVNEM MEMO
RIAE SVAE · SOLACIO
NOSTRI · RELINQVERET
QVAEQVE IN IPSO LI
MINE IVVENTVTIS
AVSPICATA · EST · SENECTVT
VIX · AN · XXV · M · VII · D · XXI

De la Blanchère *bull. de corr. afric.* a. 1882 p. 118 n. 180 et *voyage d'étude* p. 104 n. 10.

AFRICANAE ORIGINIS INCERTAE (p. 857).

1311 ad n. 10006. Vide add. n. 1170.

VIAE PVBLICAE PROVINCIARVM AFRICANARVM

(supra p. 488).

XXVIII. AD DIANAM (C. p. 901).

1312 ad n. 10384. 7 M D, quod Mommsenus proposuerat ex coniectura, confirmat Masqueray de visu *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 224.

1313 in ruderibus q. d. Hr. Bata in valle angusta, qua fere a Belezma itur ʿAin Zana, MASQUERAY invenit columnas miliarias tres; quarum in una cum nihil legere potuerit nisi *iu*VENTVTI, in altera AVRELIO // AVG PIO FELICISSIMO CAES ////, tertiae titulum ita excepit:

IMP CAES
M AVRELIVS
seuerus alexan
der pius FELIX
AVG DIVI
MAGNI
ANTONINI
FILIVS MIL
COMEANT
IBVS REN
OVAVIT

Masqueray *bull. de corr. afric.* n. s. a. 1884 p. 223.

3 seq. erasos esse non indicatur. — 8 seqq. cf. n. 10400, praeterea 10394. 10395. 10401 al.

XXIX. LAMASBA AD NGAVS (C. p. 901).

1314 ad n. 10423. 8 in. VMIANo — 10 fin. PRIN (litterae IN in latere columnae) Masqueray *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 225.

XXXII. PROPE AVZIAM ET SVR DJVAB (supra p. 511).

1315 col. mil. rep. Sûk el-Khemîs (v. supra p. 560).

D · N
IMPERATORe
CAES C FLA
VIO CONS
TANTINO
PIO FELICE
AVG
P cCLXXIII a. 312

Choisnet *bull. d'Oran* a. 1884 p. 309 n. 597.

2 IMPERATORI — 8 P CLXXIII traduntur.

XXXVII. AD ALTAVAM POMARIA NVMERVM SYRORVM
(supra p. 516).

1316 col. mil. rep. *à 500 mètres à l'ouest du village de Lamoricière et à 1500 mètres des ruines d'Hadjar Roum.*

IMP · C · IVLIO
VERO MAXI
MINO PIO F*el*
*a*VG MILL
NOVA POS
PER · P · SALLVS
SEMPR · VICTO
REM PROC
SVVM AB
ALT M · P · I

Descriptum a Germain Sabathier ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1884 p. 288 n. 580.

Redit ille procurator VIII, 8828. 10438 et in fragmento item miliarii, ut puto, quod sequitur.

1317 in fragmento alto m. 0,17, lato 0,44, litt. 0,05; rep. *près de la mosquée d'Agadir* (Tlemsen); nunc ibidem apud Rulié.

POSVER PER I
SALLVSTIVM
sempr. VICTOREM

Descriptum a Rulié ed. Demaeght *bull. d'Oran* a. 1882 p. 60.

ADDITAMENTA POSTREMA.

PARS PRIMA. PROVINCIA TRIPOLITANA.

XII. INSVLA MENINX postea GIRBA (*Djerba* p. 9. 922).

1318 in opere tessellato effosso in ruderibus sitis prope *Bordj el-Kantara* in Meninge insula, in quo cernuntur quattuor equi nomine ad singulos adscripto.

CERVLEVS IPSICATVS LVXVRIOSVS BOTROCALEVS

Ad exemplum Gilberti edid. Tissot *comptes-rendus de l'acad.* a. 1884 p. 79.

[*Ipsicatus* fortasse est ψηκτός, rasus. Th. M.] — Nominis quarti lectio dicitur incerta esse.

PARS SECVNDA. PROVINCIA BYZACENA.

XXIV. SVFETVLA (*Sbîtla;* supra p. 271).

1319 rep. Sbîtla.

VICTORIAE AVG N
IMP CAES *l.* D*om*I*t*I
A V R E L I A N I
P I I F E L I C I S
I N V I C T I
D D N P

Descriptum a Boyé ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 304 n. 591.

2 fin. CAES DIVI traditur, at pro incerto; fortasse etiam v. 1 extrema non recte excepta sunt. Possis etiam reponere D · N ·

1320 rep. Sbîtla.

*imp. caes. diui antonini f. diu*I HADRIANI NEP · DIVI · TRAIA*ni* PAR*thici pronep*
*diui neruae abnep. l. aureli*O VERO AVG · ARMENIACO MEDICO *parthico max*
*pont. max. trib. pot... cos... p.p. pro*COS FRATRI ❦ IMP ❦ CAES M · AVRELI *antonini aug*
cet.

Descriptum a Boyé edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 303 n. 588.

1 TRAIA traditur. — In fine hiatum indicavi ex coniectura. — Titulus positus est inter a. 165 et 169.

1321 rep. Sbîtla.

M ❦ ANNIO VERO
IMP ❦ CAESARI*s*
M ❦ AVRELI ❦ AN
TONINI ❦ AVG ❦
A R M E N I A C I
MEDICI PARTHI
CI ❦ MAXIMI ET
FAVSTINAE AVG
FILIO ❦ D ❦ D ❦ P ❦ P

Descriptum a Boyé ed. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 394 n. 590.

2 CAESARI — 3 M ❦ AVRELIO cet. traditur.

[M. Annio Vero nato a. 163 statua posita est, antequam Caesar factus est a. 166; obiit septennis. Praenomen nunc demum innotescit. Eckhel 7, 82. Th. M.]

1322 rep. Sbîtla.

L · CAELIO PLAVTIO CATVLLINO C · V · TRIBV
NICIO CVRATORI REI PVBLICAE OB INSIGNEM EIVS
CLEMENTIAM ET CIRCA SINGVLOS VNIVERSOSQ
CIVES PRAESTANTIA INNOCENTIA QVAM CIR 'sic'
CA FRVMENTARIA REI LARGAM MODE 'sic'
RATIONEM ET PRAESTANTIAM SINGV
LAREM OMNIVM VIRTVTVM VIRO
CVRIAE VNIVERSAE STATVARVM HO
NOREM PRO MERITIS SVIS HAC TITV 'sic'
LI AETERNITATI SIGNARVNT

Descriptum a Boyé edid. Poinssot *bull. d'Oran* a. 1884 p. 304 n. 589.

2 seqq. sic fere qui titulum composuit scribere voluit: *ob insignem eius clementiam et circa singulos universosq(ue) cives praestantia(m) innocentia(m)-qu[e] circa frumentaria[e] rei largam moderationem et praestantiam singularem, omnium virtutum viro curiae universae statuarum honorem pro meritis [eius] hac tituli aeternitat[e] signarunt.*

XXX. AMMAEDARA (supra p. 273. 520).

1323 in lapide rep. in ruderibus ab Ammaedara 7 fere chiliom. disiunctis inter meridiem et occidentem.

VITA BONVM EST
ET VITA MALVM
MORS
NEVTRVM HABET HO//M
//RSPICE SI SAPIAS
*q*VID MAGIS EXPEDIA*t*
SET OVIA SVNT MAN*es*
SIT TIBI TERRA LEV*is*
I·T·ITII LVCILLA VIX
ANN XIIII M V
EX QVO TEMPORE VN
TER SENVM MENS/M
IN DIEM MORTIS SVAE
CVM MARITO EGIT
FABIVS EXSVPERAN VXOR*i*
INNOCENTI PIAE FECIT

Descripsit Nachtigal.

Vita bonum est et vita malum; mors neutrum habet h[or]um. [Pe]rspice, si sapias, [q]uid magis expedia[t]. Set [q]uia sunt Man[es], sit tibi terra lev[is]. [Vettia?] Lucilla vix(it) ann(os) XIIII m(enses) V, ex quo tempore v[ix] ter senum mens[u]m in diem mortis suae cum marito egit. Fabius Exsuperan(tius) uxor(i) innocenti piae fecit. — 1—8 versus sunt, unus hexameter et duo pentametri.

Io. Schmidt.

AVCTARIVM
ADDITAMENTORVM AD CORPORIS VOL. III

supra p. 1—104.

AEGYPTVS.

ALEXANDREA (supra p. 1).

1324 ad Eph. II n. 330. 337. Duae hae tabellae nuper cura Gastonis Maspero inlatae sunt in museum Bulacense. Id qui curat subpraefectus Urbanus Bouriant utramque misit descriptam, confirmans ita quam proposui lectionem, nisi quod in n. 330 puncta adsunt nulla legiturque v. 2 MIIIT. Supra titulum cernitur imago similis ei quam descripsi ad n. 337; in utraque miles dextra tenet hastas binas.

1325 tabula marmorea alta c. 50, lata c. 60, Alexandriae a. 1882 empta a Maspero et collocata in museo Bulacensi n. 5452.

femina in lecto iacens

		D M		AN
QVE	pes	AVRELIE AQVILLIE FILIE PA	pes	IIII
BIXIT	lecti	RENTES BENE MERENTI FECERV	lecti	MES
				III

Maspero misit descriptam.

1 AVRELIE lapis.

COPTVS (supra p. 5).

1326 ad Eph. V n. 15. Laterculum heliographice expressum edidit Ernestus Desjardins in eph. *Bulletin du comité des travaux historiques et scientifiques, archéologie* 1883 p. 178—183. Eam tabulam qui inspexerit, recte titulum supra editum esse intelleget, id quod etiam Desjardinius iam professus est. Idem de titulo tertium disseruit in eph. *Bulletin trimestriel des antiquités africaines* 3 (1884) p. 182—192. Singillatim haec habeo adnotatis adicienda.

ad *B*, 7. Robertus Mowat, qui inscriptionem hanc repetivit bis *bull. épigr. (de la Gaule)* vol. 3 p. 199 et vol. 4 p. 35, litteris tribus *b* 7 F·S·S· contendit significari *fit summa summarum*; et verum est *supra scriptarum cohortium* minus recte scribi quam *cohortium supra scriptarum*, neque id me fugit. Sed deterruit me cum litterarum singularium nullo exemplo confirmatarum admissio tum locutio appositive formata sane insolita *fit summa summarum centuriones X*. Iam vero existimo erravisse me et verum vidisse Mowatium, recordatus calculorum apud Catonem de agri cult. c. 22, 3. Ibi enim post singulas summas relatas quae sequitur ex coniunctis effecta, ei bis praemittuntur notae S·S·, id quod vere videtur interpretandum esse non, ut adhuc factum est, *summa sumptus*, sed *summa summarum*, cum in simili loco (5, 2, 5) Columella sic scribat: *utramque summam componito: fiunt pedes XXXIX milia*. Quam ob rem locutio haec vere videtur propria fuisse vetustorum calculatorum et tabulariorum et ab his pervenisse ad poetas Plautum et Lucretium aliosque (Seneca epist. 40 fin.).

ad *B*, 10. De lacco vocabulo nuper egit Franc. Buecheler in eph. Monacensi *Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik* vol. 1 (1884) p. 285. Potest conferri quod in titulo excepto Damae in Trachonitide (Lebas-Waddington n. 2452) legitur: *τὸ μνῆμα καὶ τὴν αὐλὴν καὶ τὸν ἐνόντα λάκον καὶ συκῶνα ἐφύτευσεν.*

ad *B*, 15. Idem Mowatius quod hoc loco legitur *castram* interpretatus est *castra m(aiora)*, perperam; nam fuisse Copti castra bina iam, sublato errore Desjardinii legentis *b* 15 II pro ET, amplius non erit qui defendat, nec licet tenorem scripturae aequabiliter decurrentem interrumpere interposita nescio qua littera singulari non ad legitimam normam, sed temere plane excogitata. Contra qui comparaverit inter alia similia quod est in titulo nuper in Africa eruderato (supra p. 541 n. 1233) anni ante Chr. 2 *imp. Caesarem Augusto M. Plautio Silvano*, mihi adsentiet auctorem alterius additamenti (nam vv. duo *b* 14. 15 ab alia manu exarati sunt) vitio sermonis vel pronuntiationis *castram* dedisse pro *castra*.

VIAE AEGYPTI (supra p. 12).

1327 ad Eph. V n. 18. Eduardus Naville per litteras certiorem me fecit tabulam hanc (*dalle de calcaire blanc de 35 centimètres de largeur sur 30 de hauteur*) repertam Tell-el-Maschuta inter rudera castri Romani inscriptam esse sic:

DD NN VICTORIBVS
MAXIMIANO ET SEVERO a. 306/7
IMPERATORIBVS ET
MAXIMINO ET CONSTANTI*no*
5 NOBILISSIMIS CAESARIBV*s*
AB ERO IN CLVSMA
M VIIII E

Ita cum iam et de lectione constet et ne hoc quidem amplius defendi possit erravisse quadratarium in numero bis enuntiato tam Latine quam Graece, Clysma huius tituli non potest esse id quod fuit prope Arsinoen distans ab Heroonpoli m. p. LXVIII, sed fuerit necesse est alter locus cognominis, scilicet, ut indicant mensurae, situs prope Isma'îlîya ad lacum Timsâh. Nec causa latet; nam *κλύσμα* cum significet eum locum, quem undae maris extremae adluunt, id utrique situi pariter aptum est. Heroonpolis enim Straboni 16, 4, 2 p. 767 est *πρὸς τῷ Νείλῳ μύχος τοῦ Ἀραβίου κόλπου* (quae verba nulla emendatione indigent) et appellatur ab ea alter sinus maris Arabici (Ptolemaeus 2, 1, 6: *διὰ τοῦ καθ' Ἡρώων πόλιν μυχοῦ.* 5, 17, 1: *κατὰ τὸν Ἡρωοπολίτην κόλπον*).

SYRIA PALAESTINA.

BETHLEHEM (p. 21).

1328 ad n. 115. Augustinus Scholz (*Reise in die Gegend zwischen Alexandrien und Paraetonium, die libysche Wüste, Siwa, Egypten, Palaestina und Syrien.* Lipsiae et Soraviae 1822. 8. pp. 305) p. 162 primus edidit sic: ↃEL AVREL.

AELIA CAPITOLINA (p. 21. 969. Eph. II, 292).

1329 Hierosolymis rep. ab ecclesia sepulcri sancti ad orientem.

IMP
PART

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884, cui misit archimandrita Hierosolymitanus.

Fortasse principium tituli editi n. 116.

SYRIA.

BERYTVS (supra p. 18).

1330 ad Eph. V n. 20. Portoria Syriae tangunt item enarrator litorum maris rubri c. 19: *εἰς αὐτὴν* (Leucen Comen in Arabia) *καὶ παραλήπτης τῆς τετάρτης τῶν εἰσφερομένων φορτίων καὶ παραφυλακῆς χάριν ἑκατοντάρχης μετὰ στρατεύματος ἀποστέλλεται*, et Philostratus in vita Apoll. 1, 20: *παριόντας δὲ αὐτοὺς ἐς τὴν μέσην τῶν ποταμῶν ὁ τελώνης ὁ ἐπιβεβλημένος τῷ Ζεύγματι πρὸς τὸ πινάκιον ἦγε καὶ ἠρώτα, ὅτι ἀπάγοιεν.* Illo loco dubitari non potest agi de vectigali publico populi Romani.

1331 Deir el Kalá.

IVNONI ORI
CINAE C IV
LIVS MAXI
MVS FECIT
V · L · *m* · S

Clermont-Ganneau in eph. Londiniensi *the Mail* 21 Apr. 1884 edidit missam a proxeno Dano Loytved Beryti degente.

1332 Deir el Kalá.

MATRI · MATVTAE
FLAVIA·T·FIL·NICOLAIS
SADDANE · ANTISTI
VETERIS·EX RESPONSO
DEAE · IVNONIS·ARAM
FECIT · DEDICAVITQVE

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem. Idem tituli meminit *Revue critique* 5 Nov. 1883.

Duplex nomen est feminae et Graecum et Syriacum; hoc, scilicet *Caddan,* redire Syriace et Hebraice in sarcophago reperto in monumento regio Hierosolymitano monet editor. Vir pertinuit fortasse ad nobilem stirpem Antistiorum Veterum.

1333 Deir el Kalá.

EX · VOTO · M · TITTI · RE|

Clermont-Ganneau l. c. ab eodem.

X. *Dumeir* (p. 23).

1334 ad n. 130. Repertam eodem loco, scilicet a Damasco in via ad Euphratem, hora dim. a Maksura ad orientem, inter rudera q. d. Girbet Maksura, in moenibus castelli, misit Moritzius charta expressam. Sunt in lapide quae coniectura restituit Borghesius; praeterea leg. 4 fin. NE — 5 fin. AV/ — 6 fin. TRIB PTI — 7 II — 8 CHA/ — 10 AV/ — 12 PRAE/

HEMESA (*Homs*).

1335 prope Tayiba inter Kalaat el Hösn (prope Homs) et Hamam in vinea.

vir stans volumen
tenens

I I / A I / A V
E V R I / C I O I I I
V I X I T A N X X

A V E
R V R C
X X X V I I

Ectypum Sachauio misit proxenus noster Damascenus Lütticke, sed in quo omnia incerta sint praeter prioris tituli v. 3; nihilo minus recepi propter locum.

NICOPOLIS SELEVCIDIS (*Nîbôli*, nunc *Islâhîe*).

1336 utrum in columna scriptum sit an in pila, nescimus. Islâhîe.

IMP · DIVI · AVG · F · AV|*gustus pontifex*
MAXIM · COS · IIII TR|*ib. pot. .. uiam?*
AVGVSTAM · NICOPOL|*itanam cn. sentio?*
SATVRNINO · LEG · CAE|*s. aug. curante fecit*

Ectypum Puchsteinio misit Hamdi Bey director musei Constantinopolitani.

Titulum a principio integrum esse probabile est neque tamen certum; de punctis quoque non omnino constat. Ipsa lectio certa est. Divi Augusti filius sine dubio Tiberius est, quamquam parum recte et primo et quarto versu praenomen naturale suppressum est et illo loco substitutum paternum a filio non admissum; similiter erratum est in miliariis Africanis C. X, 10018. 10023 et in titulo Imoski in Bosnia reperto apud Hirschfeldium *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 110. Consul IV cum Tiberius fuerit per a. 21—30, eo tempore titulus scriptus sit necesse est. Syriam Pisone legato Augusti a. 19 p. Chr. expulso administravit legatorum qui in provincia erant vetustissimus Cn. Sentius Saturninus is qui fasces gesserat a. p. Chr. 4, eumque verisimile est hoc titulo nominari, sive legatus legionis fuit deficientis legati

provinciae praepositi vices gerens, sive iussu Tiberii successor datus Pisoni; hoc praefero, cum quoniam legatus legionis Augusti vocabulum raro adsumit, tum quod vix credibile est Syriam per biennium iusto praeside caruisse. Itaque L. Aelius Lamia, qui per complures annos ad eum quo obiit 33 p. Chr. Syriae ita praefuit ut ipse Romae degeret, Pacuvius legatus legionis provinciam administraret (Tac. ann. 6, 27; Seneca ep. 12, 8), non Pisoni successit, ut adhuc credideramus, sed Saturnino. — 2 extr. supplementum quamquam dubium est potestque de opere publico diverso cogitari, certe inde confirmatur quod egregie coniecit Kiepertus (apud Puchsteinium in actis minoribus academiae Berolinensis a. 1883 p. 30) oppidum dictum hodie Islâhîe, olim autem Nîbôli[1]) esse Nicopolim antiquam sitam in ipsis confiniis Ciliciae et Syriae supra sinum Issicum in mediterraneis. Ea quamquam non recte apud Stephanum Byzantium (s. v. Ἰσσός) eadem dicitur atque Issus clara victoria Alexandri, sed una cum Isso memoratur a Strabone 14, 9, 19 p. 676, item a Ptolemaeo 5, 8, 7 collocatur in Ciliciae mediterraneis, cum Issum recenseat in litore, ab ipso illo proelio nomen videtur traxisse; nam tam prope ab Isso abest, ut facile aliqua ratione victoria Issica ad ea loca pertinere potuerit, censetque Kiepertus (apud Droysenum *Gesch. des Hellenismus* 3^2 p. 201) Darium ibi castra habuisse ante proelium ad Issum factum. Eius civitatis nummi sunt inscripti Νεικοπολειτῶν Σελευκίδος similiterve (Eckhel 3, 322; Mionnet 5, 265; S. 8, 181). Collocatur a Strabone l. c. ad sinum Issicum, a Ptolemaeo, ut modo vidimus, in mediterraneis Ciliciae, a Malala l. 12 p. 297 in Cilicia, ab Hierocle p. 713 in provincia Euphratensi (cf. stadiasmus maris magni c. 154); denique itinerarium p. 190 viam enarrat hanc: *Nicopoli — XIII — Aliaria — XV — Gerbedisso — XX — Dolicha — XXIIII — Zeugma* et sic deinceps Edessam.

[1]) Botanicae causa qui a. 1864 hanc regionem peragravit Hausskneclitius itemque Beryti degens Hartmannus narrarunt Kieperto oppidum iam mutato nuper nomine nuncupatum Islâhîje, quod significat Reformatoriam, antea dictum fuisse Nîbôli.

Marasch.

1337 Marasch (ubi fortasse Antiochia fuit ea quae ad Euphraten dicitur sive ad Taurum) intra oppidum dicebatur reperta esse.

ɴ i c i
*anno*S XXX · MI*litauit*
*anno*S VII 7 IAV
HERED · REL*ictis*
*co*MMANIP · S*uis*
*c*VRANTE
ↄ r p'

Descripsit Puchstein a. 1883 et ectypum dedit.
1 et 7 parum certi sunt; in hoc legit Puchstein r ↄIANI.

CILICIA.

SELINVS (p. 44).

1338 ad n. 225. Descripsit nuper Luschan medicus Vindobonensis. Adde ante v. 1 D · M.

LYCIA ET PAMPHYLIA.

MYRA (supra p. 24).

1339 ad n. 232 = Eph. V n. 34. Primum prodiit, ut monuit Benndorfius, in volumine inscripto *Ansichten von der Türkei, hauptsächlich von Caramanien nach den Originalzeichnungen des Herrn Ludwig Mayer mit Erläuterungen von I. A. Bergk* edito Lipsiae a. 1812 tab. 2.

CAPPADOCIA ET GALATIA.

ANTIOCHIA PISIDIAE (p. 54).

1340 ad n. 292. Descripsit Ramsay, legens 1 NO\| — 2 PRIscI — FLAVONA\| — 3 RV\| — 4 APRONANC\| — 5 STLITIB — 6 TRIBIATIC''EGVIFERCAPA.

1341 ad n. 293. Descripsit Ramsay ex lapide ita, ut nos emendavimus coniectura.

1342 ad n. 303. Descripsit Ramsay, legens 1 VVPETILIAMF — 4 ΠΕΠΔΙΑ — 5 \|AYTIA — 6 \|TIAIω.

1343 basis quadrata Yalovadj in coemeterio.

IMPERATORI CAESARI
FLAVIO VALERIO
CONSTANTINO
PIO FEL INVICTO
AVGVSTO

Ramsay descripsit.

1344 columna Yalovadj in coemeterio.

P · A N I C I O
P · F · SER · MAX*i*
MO PRAEFECTO
CN DOMITI AHEN*o*BAR
BI P · P · LEG $\overline{XII}$ FVLM PRÆF
CASTROR LEG $\overline{II}$ AVG IN
BRITANNIA PRAEF EX*er*
CITV QVI EST IN AEGYPTO
DONATO AB IMP DONIS
MILITARIBVS OB EXPEDITI
TIONEM HONORATO
CORON MVRALI ET
HASTA PVRA OB BELLVM
BRITANNIC CIVITAS
ALEXANDR QVAE EST
IN AEGYPTO H C

Ramsay descripsit nocte ingruente, quod exemplum et ipse misit et Waddington.

2 fin. hiatus non notatur. — 7 fin. traditur EXO.

P. Anicii Maximi huius, quem tam ex tribu quam ex statuae dedicatione colligitur origine Antiochenum fuisse, filius fortasse fuit Anicius Maximus proconsul Bithyniae nominatus a Plinio ep. ad Trai. 112. — Cn. Domitius Ahenobarbus, omnino pater Neronis imp., consul a. 32 p. C., defunctus a. 40 (Suetonius Ner. 6), cum Antiochiae IIviratum admisisset, hunc Maximum praefectum sibi nominavit, acceditque is ad perraros eius generis praefectos inventos primis imperii temporibus extra domum imperatoriam (*Staatsrecht* 2 p. 801). — Praeterea cursus honorum totus castrensis est. Gregalis militia cum solito more praetereatur, remansit inde quod legitur v. 9—11 Maximum ab imperatore, cuius nomen tacetur, fortasse igitur Gaio, ob expeditionem nescio quam donis militaribus donatum esse; quae erunt torques armillae phalerae ipsae suppressae propter maiora dona postea adepta. Nam solent dona militaria extra honorum ordinem post eos collocari. — Perfunctus caligata militia, item primipilatu legionis XII fulminatae in Syria tendentis Maximus in exercitu meruit qui a. 43 in Britanniam missus est, scilicet legionis II Augustae praefectus castrorum; de quo officio diligenter exposuit Gustavus Wilmanns in hac Ephem. vol. 1 p. 81 seq. Ob id bellum Maximus donatus est hasta pura et corona murali. Inde primum opinor intellegitur, qualia dona eiusmodi praefecto legitime conveniant; nam tituli eorum reliqui dona memorantes rem non deciderunt, cum in Fabrianensi (Eph. l. c. p. 85 n. 25) dona ad centurionatum neque ad praefecturam spectent, tituli Amastriani (supra n. 87) neque ipsa omnia ad praefecturam pertineant et praeterea a solita ordinatione plane recedant. Sunt autem ea fere, quae bona aetate tribunis militum et praefectis cohortium dari solent, ut exempli causa praefecto cohortis a Vespasiano dantur corona aurea et

hasta pura (C.V, 875). — Post praefecturam castrorum legionis II Maximus factus est praefectus exercitus Aegyptiaci, quo munere fungentem Alexandrini honoraverunt statua in patria posita *h(onoris) c(ausa)*. Sed id officium quo spectet, videndum; novum enim in titulis certe accidit. Posteriore aetate cum una sola legio in Aegypto tenderet, ei ita praefuisse praefectum castrorum, ut legati legionis vices faceret et solum praefectum Aegypti super se haberet, constat cum ex titulo n. 6025 scripto imperante Pio, quo praefectus Aegypti et praefectus castrorum aedificium a militibus factum ita omnino dedicant ut alibi solent simul dedicare legati duo provinciae et legionis, tum ex ipso testimoniorum defectu; nam si inter hos gradus fuisset praefectus legionis a castrorum praefecto diversus et ei praepositus, eius instituti aliquod indicium superesset. Collegit inde Wilmannsius (l. c. p. 91) quo tempore in Aegypto plures legiones tendebant, singulis praefectos castrorum praefuisse parentes omnes praefecto Aegypti, neque aliter potuit, cum praesertim Strabo 17, 1, 12 Romanorum Aegypti administrationem enarrans et magistratus omnes enumerans de praefecto exercitus taceat, Tacitus quoque (hist. 1, 11) similiter eam adumbret, in bellis denique quotquot ad eam provinciam pertinuerunt soli praefecti provinciae commemorentur. Sed hoc ut recte referetur ad tempora Augusti, quippe quibus tres legiones Aegyptiacae ternis castris tenderent, una Alexandreae, altera Babylone, tertia alio loco (supra p. 9), ita haec ordinatio non potuit non mutari, postquam una legione ex Aegypto abducta duae reliquae coniunctae ad Alexandriam tendere coeperunt; nam secundum ea quae ipse Wilmannsius l. c. p. 91 exposuit castris licet geminis unus tantum praefectus est. Is autem cum ab altera utra legione nominari non possit, recte appellatur *praefectus exercitus qui est in Aegypto*. Redit ipsum vocabulum non in titulis, sed apud Philonem (adv. Flaccum 13). Is narrans res Alexandreae gestas imperante Gaio centurionem ait ex urbe missum, ut praefectum Aegypti vinctum Romam duceret, cum escendisset, militem quendam iussisse sibi indicare *τὴν οἰκίαν στρατάρχου· τούτῳ* (non *τοῦτο*) *γὰρ ἐβούλετο τὸ ἀπόῤῥητον ἀνενεγκεῖν, ἵνα καὶ ἂν δέῃ πολυχειρίας, ἔχῃ τὸν συναγωνιούμενον*. Unde cum aliunde constet sub Nerone certe duas legiones in iisdem castris Alexandrinis tetendisse (Iosephus bell. 2, 18, 8. 4, 10, 5; supra p. 9), id hinc colligimus iam a. 38 similiter obtinuisse; nam *στρατάρχου* mentio recte explicari non potest nisi adsumptis castris geminatis. Similiter quod Liternius Fronto, qui in bello Iudaeico Titi a. 70 vexillationibus miliariis duarum legionum Aegyptiacarum praefuit, *στρατοπεδάρχης* appellatur *τῶν ἀπ᾽* (*ἐπ᾽* Alexandre apud Renierum proposuit) *Ἀλεξανδρείας δύο ταγμάτων*, recte Renierus (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 48 seq.) eo rettulit, quod castris praefuit utriusque legionis, addens etiam T. Suedium Clementem, qui *anno II T(iti) imp. n(ostri)*, id est 79, Memnonem exaudivit *praef(ectus) castrorum* (C. III, 33), utrique legione praefuisse videri. Nam praefectus eiusmodi ut recte exercitui dicitur praeesse, potuit omnino etiam praefecti castrorum vocabulo uti vocabulis legionum aut additis pariter aut omissis. Desiit qui Alexandreae fuit praefectus castrorum super reliquos eminere, postquam exercitus Aegyptiacus ad unam legionem redactus est; id

quod plerumque creditur evenisse imperante Traiano, sed fortasse iam sub Domitiano evenit, quoniam is motus rebellione Antonii Saturnini *geminari legionum castra prohibuit* (Suetonius Dom. 7). Id cum ad castra Alexandrina legionum duarum III Cyrenaeicae et XXII Deiotarianae vel maxime pertineret, fortasse haec, cuius memoria nulla suppetit posterior a. 84 (C. III, 36), eo tempore exauctorata est.

Praefectus exercitus Aegyptiaci, si de eo recte iudicavimus, in re militari Romanorum iure ordinario suum locum tenuit. Sed inveniuntur praeterea quamvis raro praefecti exercitus alius generis, nimirum viri ordinis equestris belli causa universo exercitui ita praepositi, ut legati legionum eis pariter atque praefectis praetorio pareant. Talis fuit in exercitu Titi Iudaeico Ti. Iulius Alexander *πρότερον μὲν*, ut ait Iosephus (bell. 5, 1, 6), *αὐτὸς τὴν Αἴγυπτον διέπων, τότε δὲ τῶν στρατευμάτων ἄρχων* vel, ut alio loco (6, 4, 3) scribit, *πάντων τῶν στρατευμάτων ἐπάρχων*. Eum Renierius (*conseil de guerre tenu par Titus* p. 31) statuit praefectum praetorio fuisse, et verum est similem locum Alexandrum apud Titum obtinuisse, quem tenebat praefectus praetorio imperatoris exercitum ducentis; sed nou minus verum est praefectum praetorio imperatoris filio nullo modo attribui posse. Quaestionem decidit ni fallor titulus Aradiensis (C. I. Gr. III p. 1178 n. 4536 *f*) adhuc non satis intellectus: [Ἀραδίων] ἡ βουλ[ὴ καὶ ὁ δῆμος | Γάιον Πλ]ίνιον Σέκουν[δον | ἔπαρ]χον σπείρης [Θ]ρα[κων | πρ]ώτης, ἔπαρχον ΝΘ . .|. . ων, ἀντεπίτρο[πον Τιβε|ρίο]υ Ἰουλίου Ἀλ[ε]ξ[άνδρου | ἐπ]άρχου τοῦ Ἰουδαι[κοῦ στρατοῦ, | ἐπίτ]ροπον Συρ[ίας] . . . . . ΩΙ λεγεῶνος ε' . . . . . Eum adhuc nemo vidit pertinere ad Plinium Secundum eum ipsum, cuius de naturae historia libri supersunt; sed de ea re alibi agetur. Hoc apparet redire in eo Alexandri ipsum illud cuius Iosephus meminit officium et legitime Alexandrum appellatum esse *praefectum exercitus Iudaeici*. Praeterea ter tantum ni fallor eadem praefectura memoratur, apud Tacitum et Dionem et in titulo Tomitano; nam *στρατοπεδάρχης* Luciani conscr. hist. 22 diverse accipi potest. Et Tacitus quidem ubi ait (ann. 15, 28) illum ipsum Ti. Alexandrum inlustrem equitem Romanum Corbuloni a Nerone *ministrum bello datum* esse, sine dubio significat a. 63 praefectum eum fuisse exercitus Cappadocici et adiutorem Corbulonis legati tum provinciae eius. Item huc pertinebit Theocritus qui Dioni 77, 21 dicitur factus esse *στρατιάρχης καὶ ἔπαρχος*. Titulus autem ex Tomi ruderibus nuperrime prolatus (Hirschfeld *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 22) P. Aelium Ammonium equestris ordinis virum aetatis Gordianae scribit post tribunatum cohortis fuisse *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ ἐν παρατάξει Ἀρμηνιακῇ ἐπαρχείας Καππαδόκων*, deinde praefectum alae, mox *ἡγησάμενον στρατιωτικοῦ τῆς ἐπαρχείας ταύτης*, scilicet eius in qua titulus propositus est, Moesiae inferioris. Non recte opinor editores has praefecturas exercitus Cappadocici et Moesiae inferioris composuerunt cum praefecturis vexillationum, cum praesertim prior earum diserte referatur ad bellum in Armenia gestum imperante Gordiano. Mihi e contrario videtur Ammonius legatis provinciarum duarum belligerantibus adiutorem ab imperatore additum esse pariter atque Corbuloni Alexander minister datus est.

1345 Yalovadj in coemeterio.

LEG AVG PRO PR PROVINC GALAT PRYG
PISID LYCAON PAPHLAG ITEM AD CENSVS PA
PHLAG LEG LEG Ī M P F IN GERM INFER PRAETO
RI CANDIDATO IMP TRAIAN AVG GERM DA
CICI PARTH TRIB PLEB CANDID EIVSD*em* *xu*
VIR SAC FAC AD ACTA SENATVS Q *seuir*
EQ · R · TRIB LEG XXII P P F XVIR STLI *tib. iud.*
ET

Ramsay descripsit.

1 fin. P·PYC — 5 fin. IVSDIA — 7 fin. ST'' traduntur. — Titulus, qui videtur unus fuisse ex pluribus coniunctis, ostendit Galatiam a Cappadocia rursus divisam esse extremis annis Traiani et cum Galatia administratam non solum Phrygiam Pisidiam Paphlagoniam, sed item Lycaoniam. — Is cuius titulus est quod functus est, sub Domitiano ut videtur, cura actorum senatus quaestorius, confirmat quae de officii eius forma antiquiore alibi exposui (*Staatsrecht* 2 p. 864).

1346 Yalovadj in moschea loco alto.

AR
SANCT*issimi*
DOMINI N
ANTONINI
AVG DVCENA
RIO ET A MVSIo
SAC PErPET
DEI AESC*ulapi*
PA

Ramsay descripsit celerapio usus.

6 officialis *a musio* non tessellarium opus videtur curasse, sed is esse qui item appellatur *a studiis Augusti,* quoniam huic soli salarium sestertiorum ducenorum aptum est. — 7. 8 PEPPET|DΓI traditur; em. et explevit Ramsay. — 8. 9 fortasse fuit *Aesc*[*u*]|[*l*]*a*[*pi*].

1347 Yalovadj in coemeterio.

I A I R V N O
*c*ORNVTI FIL PA*tro*
*n*O COL QVI EX LIBE
ralitate sua

Ramsay descripsit.

1348 Yalovadj in pariete moscheae.

C F SER
MODESTO AEDIL
VM SINE
*s*ACERDOT
*ab uni*VERSO
ordine et POPVLO
*i*NTEGRA
ET OB
*p*VBLICA
ET
TAS

Ramsay descripsit.

1349 Yalovadj ibi ubi est n. 293.

Ↄ SEXTL · F
NO
VS · AMICO
*honori*S CAVSA

Ramsay descripsit.

1350 Yalovadj.

L · COELIVS
L · F · ANI · MIL ·
LEG · VII · EX
TEST · FAVST · L ·

Ramsay descripsit.

1351 in columna Yalovadj in coemeterio.

D POLLENI*us*
D F SER PROC*lus*
ΔΕΚΜΟϹ ΠΟΛΛΕΝ*ι*ΟϹ
ΔΕΚΜΟΥ ΥΙΟϹ ϹΕΡΓΙΑ
ΠΡΟΚΛΟϹ

Ramsay descripsit.
1 POLLENIIA, 3 ΠΟΛΛΕΝΤΟϹ, 4. 5 R pro P traduntur.

1352 in columna Gondane prope Antiochiam Pisidiae.

VΓNIA PONTIA
L PONTIVS A

Misit Ramsay.

1353 Yalovadj.

VV RVBRIA porta TERTI*o*
FRATRI IIE*c*

Ramsay descripsit.

APOLLONIA Pisidiae (supra p. 34).

1354 *Yassi Euren four miles east of Olou Borlou, in wall of mosque.*

HERCVLI
RESTITVTORI
C · IVLIVS · HILARIO

C. Wilson descriptam dedit Ramsayo.

SAGALASSVS (*Aghlasun*) Pisidiae (supra p. 34 n. 69).

1355 ad Eph. V n. 69. Cum hoc termino reperto medio loco inter Sagalassum Pisidiae et Apameam Phrygiae inscripto FINIS CAESARIS N̄ · componendus est ineditus in vico Duwar a lacu Ascanio (hodie Buldur) ad occidentem nuper repertus a Ramsayo, secundum quem legatus Galatiae Q. Petronius et procurator L. Pupius Praesens (cf. C. I. Gr. n. 3991) eo ipso loco terminaverunt inter Sagalassenses et Neronem Caesarem.

CREMNA Pisidiae (p. 55. 975).

1356 Budjak ad fontem hora una a Cremna ad orientem.

AC
*ux*ORI CARISS*imae si*
BIQ*ue*

Ramsay descripsit.

COMAMA (inter *Ürgüdlis* et *Karibdje*) Pisidiae.

Comamae rudera nuper investigavit Ramsay inter meridiem et occidentem a Cremna in colle qui medius emergit ex valle interposita inter vicos Ürgüdlü et Karibdje (indicantur uterque in mappa Kiepertiana actorum minorum acad. Berol. a. 1879 ad p. 298). Ad eam egregius Phrygiae vetustae explorator revocavit locum Ptolemaei 5, 5, 8, ubi in Pisidia post Cremnam coloniam recensetur Κόμμακον (v. l. Κόμανα); idem oppidum videtur esse Κόμανα quam Hierocles c. 43 collocat in Pamphylia. Ut alia multa Pisidiae oppida ita Comamam quoque ab Augusto colonos accepisse tituli infra scripti patefecerunt.

1357 Comamae.

HADRIANVM *an*
TONINVM ❦ AVG ❦
*pi*VM ❦ P ❦ P ❦
L · PACCIVS · M · FIL · FAB ·
MONTANVS COMAME
NVS
PRO MERITIS QVAE PATRIA*e*
EIVS · PRAESTITIT · IN ❦
SCRIPTIO · FACTA EST
*p*ERMISSV · Q · VOCONI
SAXAE · FIDI · LEG · AVG ❦
PR ❦ PR

Ramsay descripsit.

3 in. NVM traditur. — 7 PATRIA 'sic' Ramsay. — 7 similiter C. VIII, 5357 statua collocatur *firmante curatore rei publicae, accedente auctoritate proconsulum;* cf. VIII, 1296. — 10 Voconii Saxae liberae rei publicae ut noti sunt, ita sub Caesaribus stirpem duravisse aliunde ni fallor non constat.

1358 Comamae.

COL · IVL · AVGVSTAI sic
FIDA COMAMA
PACCIAN SATVRNINAM sic
PVDICISSIMAM FEMINAM
DEFVNCTAM HONORAV*it*
STATVAE OMNIA INPEN
DIA EXHIBENTE LVCIAE
PACCIAE VALERIAE SA
TVRNINAE FILIAE SV
AE SECVNDVM VER
BA TESTAMENTI ❦

Ramsay descripsit.

Ut litterae passim graecissant, *a* est Α, *d* aliquoties Δ, ita sermo non solum incomptus est, sed etiam pro *a* finali passim datur *ae* vel *ai*, item 3 *an* pro *am*. — 5 HONORAVB traditur.

OLBASA (Eph. IV p. 32).

1359 ad Eph. IV n. 46. Descripsit denuo Ramsay a. 1884. Sic emenda:

AVREL NICO DV*o uir. col. sta*
TVAM DEI MARONIS *dul*
CISSIMAE PA*triae de suo*

ΑΥΡΗΛΙΟϹ ΝΙΚΩΝ ΔΥΑΝ*δρι*
ΚΟϹ ΤΗϹ ΚΟΛ · ΤΟΝ ΑΝΔΡΙ
ΑΝΤΑ ΤΟΥ ΜΑΡΩΝΟϹ ΤΗ ΓΛΥ
ΚΥΤΑΤΗ ΠΑΤΡΙΔΙ ЄΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ

1360 ad Eph. IV n. 47. Descripserunt denuo W. M. Ramsay et A. H. Smith, legentes 3 PO// IF.

1361 ad Eph. IV n. 48. Descripserunt denuo iidem sic plenius et rectius:

P · P
COLONEA IVLIA sic
OLBASENA
CVRANTIBVS L LICI
NIO BASILA ET M CLO
DIO RVFO

1 significatur *p(ecuni)a p(ublica)* vel potius *p(ublice) p(osuit)*.

1362 ad Eph. IV n. 49. Miserunt Ramsay et Smith titulum ab ipsis propter temporis defectum descriptum imperfecte et a Turco quodam incuriose charta expressam. Leguntur haec fere, quorum quae cursivis expressi, in ectypo non agnovi.

TITO/ *P* / / / / / / / / /
ANI · COLONIA O*LBAS*///
EX · REDITV · EIV*s* //////
HYPSAEORVM //////
- CORNELIO SYN / / /
TITO QVINTIO BALB*O*//

1363 *fragment of entablature*, Olbasae.

u|*e* TERANVS · E|*t ualeria i . . . .*
sua p|ECVNIA PATRIAE *D*|*ulcissimae*
c|'YETPANoC K- OYAΛEPIA I·

Ramsay et Smith descripserunt.
1 litterae supersunt dimidiatae; in principio traditur ᴄ pro E.

Hassan Pascha (p. 56).

1364 ad n. 305. In loco q. d. Hassan Pascha, inter rudera vici antiqui, V m. p. a parietinis Themisonii Phrygiae, hodie Tefenü, titulum denuo repperit a. 1884 Ramsay et explevit sic:

PANTHEO .
AEDEM ET
ARAM · VO
TVM
C IVLIVS C F
FAB RVFVS

VIAE CAPPADOCIAE ET GALATIAE (supra p. 35).

1365 ad Eph. V n. 77. v. 11 ΕΙΛΟΝ exemplum scriptum Ramsayi.

1366 ad Eph. V n. 79. Misit Ramsay. Errore typographi Waddingtoniani excidit v. ultimus milia numerans:

PNB

1367 miliarium magnum Comamae (vide p. 581).

IMP CAESAR
DIVI *f.* AVGVS*tus pont*
MAXIM COS XI D*e*S — ab altera parte
XII IMP XV TR *p*OT — u. c. 748 — titulus brevior
XIIX VIAM SECA — evanidus totus
CVRANTE · CORN
*a*QVILA LE*g* SVO
PRO PR *f*ECIT
CXXII

Ramsay descripsit tempore pressus litteras multis locis evanescentes.

4 debuit esse IMP · XIIII; vide quae composui mon. Ancyr. p. 25. — TROT 'sic' Ramsay. — 5 SECA non intellego. — 7 LEC traditur. — Milia Ramsay iudicat numerari a capite provinciae Apollonia Pisidiae. Legati Galatiae huius nomen alibi non repperi. Crediderim autem hoc titulo epocham coloniarum ab Augusto in Pisidia deductarum accuratius determinari.

1368 columna miliaria Gondane horis tribus et dimidia ab Antiochia Pisidiae Apolloniam versus.

reliqua
inscriptio evanuit
XI

Misit Ramsay.

1369 columna alta m. 2, lata infra c. 75, supra c. 50, rep. inter Malatiam et Kirkyeuz Küprü; indigenae eam narrant eo loco collocatam esse a sultano Murad ad indicandum locum pariter distantem hinc a Constantinopoli, illinc ab urbe Bagdad.

F B I S ' B O B
T E S I E O . I ' I S
F . . S H Y S

Guil. Fischbach *ingénieur en chef du Vilayet de Harpout* descripsit a. 1883, quod exemplum missum a Mordtmanno hoc loco proponitur ut cui datum erit lapide examinato emendet.

ASIA.

NACOLIA Phrygiae (supra p. 46).

1370 Sidi Ghazi.

KAPVT EX TESTAMENTO P AELI ONESIMI AVG L/ / / / / / /
CIVITATI NACOLENSIVM PATRIAE MEAE AMANTISSIMAE QVAMVIS P//
RIMVM DEBEAM PRO MEDIOCRITATE TAMEN PECVLIOLI MEI DARI VOLO
HS CC · N · EA CONDICIONE VTI ARBITRATV CORNELI ///INI ET CORNELI //
SYCI FAENERETVR EA PECVNIA ET EX VSVRIS Q////////ECTVM FVERIT P//
XIMO TRIENNIO IN SITONICO TRIBVANT VT Q//D /VOD ANNIS POSSIT E/
FRVMENTVM COMPARARI ET PERACTO TRIENNIO VOLO EIVS OMNIS PE
CVNIAE VSVRAS QVODQVOD ANNIS CIVIBVS MEIS DIVIDI POLITOGRAP/
FACTA DIE FELICISSIMO NATALI DOMINI · N · TRAIANI HADRIANI SPORT/
LI/ AVTEM PARTEM DIMIDIAM EIVS VSVRAE TRIBVI VOLO SIC VT /AR/
DIMIDIA DIE FESTO EORV IDIA APPELLANTVR ΓP R

Descripsi ad ectypum quod fecit Sterrett Americanus et dedit per Ramsayum; idem dedit descriptum.

11 EORV////\Γ///IDIA apographum.

1 *Kaput ex testamento P. Aeli Onesimi Aug. li[b.]*
2. 3 | *Civitati Nacolensium patriae meae amantissimae quamvis p[lu]|rimum*
4 *debeam, pro mediocritate tamen peculioli mei dari volo* | *(sestertium) CC*
5 *(milia) n(ummum) ea condicione, uti arbitratu Corneli ... ini et Corneli*
6 *[He]syci faeneretur ea pecunia et ex usuris q[uod conf]ectum fuerit,*
7 *p[ro]ximo triennio in sitonico tribuant, ut q[uo]d[q]uod annis possit e[o]* |
8. 9 *frumentum comparari. Et peracto triennio volo eius omnis pe|cuniae usu-*
10 *ras quodquod annis civibus meis dividi, politograp[hia]* | *facta, die feli-*
cissimo natali domini n(ostri) Traiani Hadriani. Sport[u]|li[s] autem
11 *partem dimidiam eius usurae tribui volo sic, ut [p]ar[s]* | *dimidia die*
festo eoru[m, quae] .... idia appellantur, er[ogetu]r ....

2 notabile est Augusti libertum patriam habere civitatem Nacoleiam. Communi iure liberti etiam senatorum cives facti sunt civitatis eius, unde qui eos manumiserat originem trahebat (Dig. 50, 1, 23 pr.; cf. Savigny *System* 8 p. 48); sed ad imperatores id ius pertinuisse parum verisimile est. — 6 pecunia frumentaria Graecis est *σιτωνικόν* (C. I. Gr. 2140: [*τοῦ σιτ*]*ωνικοῦ κατ*[*αναλισκομ*]*ένου*; n. 3831 *a*, 8: *δόντ*[*α ἀργύριον*] ... *εἰς τὰ σειτωνικά*; cf. n. 3422: *ποιησάμενον ἐπιδόσεις χρημάτων τῇ γλυκυτάτῃ πατρίδι εἰς χρήματα σειτωνικά*). Gregorius magnus ep. 12, 34 scribit Ciridano *curam sitonici fuisse mandatam* (cf. 1, 2). — *quotquot annis* pro *quotannis* item legitur apud Varronem de l. Lat. 5, 39. 9, 24, *quotquot mensibus* ib. 5, 47. — 8 *πολιτογραφία* hic non est adscriptio inter cives, qua significatione alibi legitur, sed civium recensus, pariter atque *λαογραφία* invenitur in papyro Arsinoitica edita a

Wilckeno in actis minoribus acad. Berol. a. 1883 p. 903. Distributio si qua civitati et omnino universitati alicui facienda erat, res ipsa requirebat ut ante diem distributioni destinatam eorum, qui admittendi essent, laterculus aut conficeretur aut certe recognosceretur, et si qua causa erat disceptandi, de iure statueretur. Ita a. a. Chr. 445 cum rex Psammetichus civibus Atheniensibus certam summam misisset civibus distribuendam, ea occasione in multos contra ius pro civibus sese gerentes iudicia facta sunt (Philochorus fr. 90 Muell.; Plutarchus Pericl. 37; Fränkel *die attischen Geschworenengerichte* p. 3). Romae quoque antequam frumentationes singulae peragerentur plebis frumentariae recensum factum esse ostendit Suetonius Aug. 20: *populi recensum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius ab negotiis avocaretur, ter in annum quaternum mensum tesseras dare destinavit, sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet.* Recte igitur Onesimus magistratus antequam divisiones a se institutas facerent iubere potuit cives Nacolenses ita recensere, ut cui in eas pecunias ius esset ex laterculo constaret.

1371 Sidi Ghazi *in outer wall of the tekhe.*

*c*ALIDIA HELE
*n*A CALIDIAE
*g*EMELLAE FI
*li*AE MEMORIA
S

Descripsi ad ectypum, quod dedit Ramsay; idem descripsit de lapide. Litterae ex parte evanuerunt.

AMORIVM Phrygiae (p. 68).

1372 Jirekli non longe ab Amorio.

UIUS · H
TEM · M
O · PEIU

Ramsay descripsit.

DOCIMIVM Phrygiae (supra p. 47).

1373 ad Eph. V n. 102. Descriptum postea misit Ramsay; certe titulus *a* idem est, *b* autem datur sic:

R M PAL II COS a. 109

1374 ad Eph. V n. 112. Ramsay postea misit exemplum exceptum, ut ait, non ex hoc marmore, sed ex simillimo sic:

IRAITI COS SEC
XLVII P

referens ad a. 100 *Traiano III cos.*

1375 ad Eph. V n. 114. Ramsay recognoscens deprehendit id ipsum quod coniectura restitui, nisi quod NTO legit pro ANTO.

1376 ad Eph. V n. 116. Recognoscens titulum collocatum alto loco in maceria moscheae Ramsay explevit sic:

LARG E MeSSAL COS a. 147
LOCO XXXVII REPR
OFF ASIAT

1 MSSSAL traditur. — Simile exemplar, sed imperfectum legitur n. 117. Eadem officina redit n. 118.

1377 ad Eph. V n. 121. Descriptam misit Ramsay sic:

VLVII RIII
/ ⊥ꓤƎ.ꓭ
/ I APRO

1378 Itschki Karahissar.

R VERG COS a. 69

Ramsay misit.

1379 Itschki Karahissar.

in uno latere: in altero latere:

ΛXXXXƆ NER VERG COs a. 97
ᘔ6 ·ɐ SOƆ IAX Ɔ
BCX'I N:
00l ·ɐ SOƆ III N IVꓤ?
MR ANT

Ramsay misit.

Anni inscripti sunt in altero latere duo 92 (ubi in. G traditur pro C) et 100, praeterea fortasse MAR ANT; in altero, ubi traditur VFR‹/FRGCO|, unus 97.

1380 Itschki Karahissar.

CCCLXX
B III XIIXXS
B S E C
PAL II COS XVI a. 109

Ramsay descripsit.

1381 Itschki Karahissar.

clARO II E SEVER COS a. 146
LOCO CCXXX
B TERT
OFF PELA

Ramsay descripsit. Cf. n. 114 et n. 115.

1382 in altero latere titulus legitur aetatis Christianae ЄIC AIѠNA TO MNHMO-CYNON cet. Est Itschki Karahissar in muro.

B ERT
reliqua latent

Ramsay descripsit.

1383 in marmore quod videtur Synnadense; est Ak Schehr (= Philomelium).

RMPAR CLX
C B

Ramsay descripsit.

ACMONIA Phrygiae (p. 71. 977).

1384 in epistylii parte; Schabban prope Ahat Köi.

SVO PECV*nia sua*
TOY TPIΣ TO OY EΞ AΓOPAΣ

Ramsay descripsit.

EVMENIA Phrygiae (p. 71).

1385 Ischikly.

CONSTANTINO
PIO FELICI INB*icto*
SEMPER AVG*usto*

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 238.

ALEXANDRIA TROAS Mysiae (vide supra p. 55).

1386 basis statuae ex marmore albo. Tavakli (hora una et dimidia ab Alexandria Troade inter meridiem et orientem) hodie pro mortario.

*st*ATVIS ITEM A CIVITATE ILIENSI*um clupeis?*
*e*T · STATVIS · INAVRAT · HONOR*atum*
CONSACRAVIT

manu diversa:

*si*C · XX · SIC XXX

Ectypum dedit Koldewey architectus a. 1884.

PERGAMVS Mysiae (p. 76. 978. Eph. IV p. 35).

1387 ad n. 398 = Eph. IV n. 54. Titulum, cuius partem superiorem antiqui descripserunt (inde C. III, 398), partem inferiorem nostrae aetatis viri docti (inde Eph. IV n. 54), integrum primus excepit a. 1883 Fabricius adiutor effossionum nostrarum Pergamenarum. Ara est rotunda, Bergamae in balneis Turcicis (Chatib-Pautra-Liman) posita hodie inverse et ut pars in solo lateat, refosso eo Fabricii iussu tota patefacta, nisi quod deest v. 1 pars extrema.

M · AIMILIO · M · F · PAL · PROCVLO · PRAEF · FABR · M · LEPIDI · AVG/ *PROCos*

palma; circa eam serpens	patera S A C R V M corona CIVITAS · PERGAMEN H CAVSA	quercus; circa eam serpens	patera corona

1388 basis alta m. 1,38, litteris altis a mill. 35 ad mill. 27, prope viam qua Bergama itur ad Dikeli a meridie vici Tabaklutscha in coemeterio Turcico.

Δ N · FL · C	////// O
Γ O M I N O	IVS ORBIS
F I L O S O F I	⋀ A G I S T R O
V E N E R /	Ↄ P R I N C I P I
P I I S S I M O	Ξ R A T O R I
V I C T O R I O Ↄ	MO AVGVSTO
P R O P A G A T O	I LIBERTATIS
ET REIPVBL	AE
A E C I L V L C	IVS
V C PROCON	· VIC · S · AVD
Λ ⋋ M O S V	

Descripserunt Conze et Bohn a. 1883, recognovit hic a me rogatus a. 1884.

D(omino) n(ostro) Fl(avio) C[l(audio) Iulian]o domino [tot]ius orbis, filosofi[ae] magistro, venera[nd]o principi, piissimo [imp]eratori, victorios[issi]mo Augusto, propagato[r]i libertatis et rei publ[ic]ae Aecilulo . . ius (?) *v. c. procon[s.] vic(e) s(acra) aud(iens) d(evotus) n(umini) m(aiestati)[q(ue)] su[ae?].* Iulianum appellari philosophiae magistrum novum est, sed minime mirum. Proconsul Asiae alibi quoque appellatur *vice sacra iudicans* (vide quae exposui *mem. dell' Instituto* 2 p. 310). Pro ea locutione vel altera *vice sacra cognoscens* (VI, 510) quae hic substituta videtur esse formula *vice sacra audiens* alibi opinor non legitur; de lectione VIC·S·AVD cave dubites. Nomen proconsulis recuperare non potuimus; fortasse fuit *Ae(lius) Cl(audius) Eulogius.*

1389 punctis triangulis. Bergamae in macerie coemeterii ab ecclesia S. Iohannis orientem versus.

C F · T
et *alex*SAMEN*us?* *l*
T/MORS·FV*it*

Fabricius descripsit.
3 potest fuisse *quibus mæs*T*a* MORS FV*it* similisve lamentatio.

1390 tabula marmorea fracta. Bergamae in acropoli.

———
VXORI
———
———

Descripsit Conze a. 1883.

GORDVS Lydiae.

1391 Goerdis ad fontem.

lupa?
DIS · M

CRESCENTI · AVGG · VER
NAE · DISP · VIXIT ANNIS
LIIII

ΕΠΙϹΤΗΜΗ ϹΥΝ ΤΟΙϹ ΤΕ
ΚΝΟΙϹ ΚΡΗϹΚΕΝΤΙ ϹΥΜ
ΒΙΩ ΜΝΕΙΑϹ · ΧΑΡΙΝ

ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟϹ · ΠΟΥ
ΚΛΟΥΙΟΥ · ΕΥΦΗΜΟΥ ·

ΕΥΜΟΥΦΟϹ

Petrus Paris *bull. de corr. hell.* 8 p. 384.
10 Εὔμορφος signum est ut videtur defuncti.

TRALLES Cariae (supra p. 61).

1392 ad Eph. V n. 163. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 334 non recte.

NYSA Cariae (supra p. 62).

1393 ad Eph. V n. 165. Eundem titulum descripsit d. 11 Sept. 1882 medicus Luschan Vindobonensis in mansione viae ferratae Sarai-kjoi, quo dicebatur allatus esse ex Hierapoli. Exempla consentiunt. — In fine potest legi *intra sito*, scilicet intra cancellos vel maceriam; sed magis placet quod antea proposui.

LESBOS insula (supra p. 63).

1394 ad n. 451. A. Papadopulos Kerameus misit descriptam, legens 2 AAE pro FLAB — 3 AV — 4 om. in hiatu — 5. 6 GA.IV CONϚANTION
ЄⲈ ΓL ΓRNMAN

1395 ad n. 452. Misit idem, legens 2 ЄⲈ MAX — 3 in. N om. — 4 PATRI AVGC (AN om.).

VIAE ASIAE (vide supra p. 64).

1396 ad Eph. V n. 173. Ex parietinis q. d. Καβακλὴ-Δερὲ sub Bel Caivèh, ubi posita fuit inversa, basis adlata est ad fontem faciendum eum in quo nunc extat. Edidisse se in eph. mihi non visa Ἀνατολικῆ Επιθεωρήσει a. 1 (1873) p. 297 scripsit mihi A. Papadopulos Kerameus. Legit sic: ΔΔΔΔ NNNN | FL CPATIANO | /ALENTINIAN | TH/ODOSIO | ET //NEAOI PI|SSIMIS SEMPE. Scribendum erit 5. 6 ET ARCADIO PI|SSIMIS.

1397 ad Eph. V n. 174. Hunc quoque titulum bilinguem esse monuit Ramsay et explendum ita:

M · AQVILLIVS · M F
COS
V
ΜΑΝΙΟΣ ΑΚΥΛΛΙΟΣ
ΜΑΝΙΟΥ
ΥΠΑΤΟΣ ΡΩΜΑΙΩΝ
E

1398 ad Eph. V n. 175. Edidit nuper Sterret *Mitth. des arch. Inst. in Athen* 8 p. 333 suppletum imperite.

1399 ad Eph. V n. 177. In via ab Acmonia per Appiam Cotiaeum et inde Dorylaeum *in a cemetery beside the Hammam Su, $1\frac{1}{4}$ hours north of Islam Keui* versus Tunlu (non Tutum) Bunar.

inscriptionis evanidae vestigia

M̄ IA IA
TANTINUS
P F INUICT/S AU^S /T UAL
LICINNIANUS LICINNIUS P F INU a. 317/323
ICTUS /U^S

spatium vacuum pedis unius

KI IΟY KAI
K I N I Ο N
Ω N C T A N T C I N Ο N
ΓΩΝ CΠΙΦΑΝCCTA
KAICAPΩN TΩN

Ramsay titulum admodum detritum bis frustra temptatum tertio itinere m. Iul. a. 1883 legit. Numerus M̄ IA videtur superesse ex titulo qui periit. Sequitur [*domini nostri Flavius Valerius Cons*]*tantinus p*(*ius*) *f*(*elix*) *invict*[*u*]*s Aug.* [*e*]*t Val*(*erius*) *Licinnianus Licinnius p*(*ius*) *f*(*elix*) *invictus* [*A*]*ug*(*ustus*) [*καὶ*] Κρ̣[*ίσ*]*πον καὶ* [Λι]*κινίον* [*καὶ* K]*ωνσταντεῖνον τῶν ἐπιφανεστάτων* Καισάρων. Mire perturbantur cum linguae duae tum casus.

1400 hora una ab Eskíschehr sive Dorylaeo sept. versus in vico Mutallib *on the opposite side of the Tembris valley.*

? *e x a u c t o r i t a t e*
? *f o r t* I S S I M O R AV
GV*storum l.* SEPTIMI SEVERI
PII *Perti*NACIS AVGVSTI ET
M · AVR · ANTONINI AVGVS
TI · ET · P · SEPTIMI *getae* CAE
SARIS A DORYLAEO CoTIA

T. R. S. Sterrett descriptam dedit per Ramsayum, testatus in fine nihil deesse.

Cotiaeum est a Dorylaeo ad meridiem.

1401 in via Eucarpia Connos (cuius mansiones a Ramsayo sic ordinantur: Eucarpia = Mentesch — VII — Hierapolis = Kotsch Hissar — IV — Bronzos = Kara Sandyklü — XII — Kidyessos = Kutsch Eyuk in Sitschanlü Ova — IX Conni = fortasse Büyük Tschorqia inter sept. et occ. ab Afium Karahissar) hora dimidia ab ruderibus Hierapolis in coemeterio medio inter vicos duos cognomines Kuyujak appellatos.

ЬЬ NN ΑΓΑΘΗΤΥ
IMPP ЬIOCLETIANI
Ѡ ΑΙѠΝΙѠΙ ΙѠΝ
ЄΤ ΜΑΧΙΜΙΑΝΙ
ΙΝVΙCΤ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΤΟΥC ЄΓ ΑVG Μ ΑΥΡ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΙ ЄΒΑ
ΦΑΝЄCΤΑ ΗΛΑΜΠΡΟΤΑΤΗ
ΤΟΥC ΚΑΙ ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤѠΝ
CΑΡΑC ΦΛΑΟΥΑΛ ΠΟΛΙC
V ΟΝ
ΚΑΙΓΑΛΟΥΑΛ ΜΑΞΙΜΙΑΝΟ Ι
Η ΙЄΡΟΠΟΛЄΙΤѠΝ N M
ΠΟΛΙC

Descripsit Ramsay ediditque in commentario *the cities and bishoprics of Phrygia* (*reprinted from the Journal of Hellenic studies* a. 1883) p. 61.

Inscriptio primaria (quamquam haec et ipsa incisa videtur super titulum cuius reliquiae a dextra supersunt) haec fuit: Ἀγαθῇ τύ[χῃ. Τ]ῷ αἰωνίῳ αὐτοκράτορι Μ. Αὐρ. [Κάρῳ] ἡ λαμπροτάτη Ἱεροπολειτῶν πόλις, ubi mox sublato nomine aut Cari aut (si quidem vere in lapide est, ut esse ait Ramsay, linea post ΑΥΡ) Probi substitutum est Diocletiani, ut M. Aurelii praenomina remanerent nec substituerentur vera Diocletiani C. Aurelii Valerii. Eidem columnae deinde alter titulus inscriptus est hic: *dd. nn. impp. Diocletiani et Maximiani invict(orum) Aug(ustorum)*: τοὺς ἐπιφανεστάτους Καίσαρας Φλα. Οὐαλ. [Κωνστάντι]ον καὶ Γαλ. (in lapide esse ΓΑΡ, non quod requiritur ΓΑΛ adnotat Ramsay) Οὐαλ. Μαξιμιανὸν ἡ Ἱεροποκειτῶν πόλις μί(λια)..., eadem confusione linguarum casuumque, quae observatur n. 1399. Notabile est in hoc titulo in Oriente reperto Constantii nomen erasum esse, relictum Galerii; id quod in Occidente in contrarium vertitur.

1402 columna magna, Jaraschli, ubi fuit Tacina (conferri iubet Ramsay locum geogr. Rav. p. 106, 4, ubi est *Tagina*, et titulos C. I. Gr. 3956*b. c* cum add. p. 1106), *five miles N.W. from Deuer and Yasikkeui, at west end of Bouldour lake.*

m' aquillius m' f.
COS
CCXXIII
μα ΙΟC ΑΚΥΛΛΙΟC ΜΑΝΙΟΥ
υΠΑΤΟC ΡΩμαιων
ΣΚΓ

W. M. Ramsay et A. H. Smith reppererunt miseruntque.

Viae Epheso Tralles extant miliaria duo, V (Eph. V n. 174) et XXIX (C. III, 479). Ad eiusdem continuationem hoc miliarium referrem, nisi moneret Kiepertus viam Epheso per Tralles et Laodiceam ad Jaraschli vix superare potuisse numerum mil. CLXXXVIII. — Ramsay adnotat stetisse miliarium in Asia provincia extrema; nam Tacinam oppidum ea compre-

hendi praeter miliarium hoc eo quoque probari, quod in titulo ibi invento C. 3956 *b* = le Bas n. 1700 nominatur proconsul Tarius (non Tatius) Titianus. E contrario vicum Dener a Tacina proximum fuisse sub legato Galatiae intellegitur ex supra adnotatis n. 1355.

1403 Elles ad ripam septentrionalem lacus Buldur, quod oppidum Gustavus Hirschfeld (in actis minor. acad. Berol. 1879 p. 322) iudicat fuisse quae Ἴλουζα est Hierocli p. 667 in Phrygia Pacatiana.

TON ЄΠΙΦΑ .

NECTATON

KAICAPA KѠCTANTINO

H BOYΛH

KAI OΔHMOC KAI

KѠCTA

DD NN

FL · CL · CONSTANTINO MA

XIMO AVG

ET

FL · CL · CONSTANTINO · AVG

ET

FL · CL · CONSTANTIO AVG

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

6 versum non perscriptum esse ait Smith. — Uterque titulus tam Graecus quam Latinus ab imperito scriptore conceptus est. Priorem cum fortasse destinasset Constantino II patre vivo, perscripto lapide fratrem fratresve addere coepit. Posteriorem Constantini I defuncti liberis dedicare voluit, sed natu maximum bis enuntiavit, secundum Flavium Claudium dixit pro Flavio Iulio, tertium Flavium Iulium Constantem aut omisit aut latet is in primogenito bis nominato, quamquam qui *dd. nn.* scripsit, non de tribus, sed de duobus Augustis cogitavit. Omnino hoc solum inde apparet Constantino I defuncto per aliquod tempus Phryges ignorasse, quinam sibi imperarent.

1404 litteris admodum rudibus; V sic est U, C et G vix differunt. Elles.

ddd nnn

I M P C A E S

G A L V A L

M A X I M E I N O a. 308 312

P · F · INV · AVG · ET

IMP CAES FL VAL

C O N S T A N T I N O

P · F · INV · AVG · ET

I M P · C A E S *val*

licin I A N O

ΛOΝI

Ṁ CIX

A. H. Smith descripsit et ectypum sumpsit.

Inter 10 fin. et 11 videntur erasa esse verba LICINIO · P · F · INV · AVG. — 11 *a* IAODI*cea* interpretatur Ramsay. — Maximinus quamquam a. demum 308 Augustus factus est, cum Constantinus Augustus creatus esset a. 306, Licinius a. 307, nihilominus et in hoc titulo primum locum obtinet et in altero Norico C. III, 5565; scilicet a. demum 312 *senatus*, ut ait auctor de mort. persec. c. 44, *Constantino virtutis gratia primi nominis titulum decrevit, quem sibi Maximinus vindicabat.* Ad id senatus consultum formata sunt miliaria Italiae superioris C. V, 8021*a*. 8060. 8963; scilicet ibi Constantinus primus est, Maximinus secundus, tertius Licinius. — Caput viae si fuit Laodicea Phrygiae, ut iudicat Ramsay, Elles vicum sequitur finibus provinciae Asiae comprehensum fuisse et lacum Buldur eam provinciam a Pisidia separasse.

INSTRVMENTVM DOMESTICVM ASIAE (supra p. 66).

1405 sub vasculo cretaceo rep. Pagi ad Smyrnam.

OI/APE

EVHODI

Misit Papadopulos Kerameus a. 1884.

ACHAIA.

DELVS insula (v. p. 66).

Egregius quem nuper Theodorus Homolle edidit commentarius de Delo Romana (*les Romains à Delos: Bull. de corr. Hellénique* vol. 8 a. 1884 p. 75—158) insulae condicionem, qua septimo potissimum urbis saeculo fuit, et universum rerum Romanarum in his partibus statum clara novaque luce illustravit. Nos autem artis finibus Latine scriptorum monumentorum colligendorum adstricti eo officio ita defungimur, ut qui ipsam rem recte et plene noscere cupiat, eum ad Homolliana ablegemus. Hoc unum dolendum est, quod ex tanta copia monumentorum, quantam Gallorum effossiones Deliacae prodiderunt, bona pars adhuc in schedis delitescit.

1406 ad Eph. IV n. 76. In inventario donorum factorum aedi Apollinis Delii scripto Archonte Demare anno circiter a. Chr. 180, u. c. 574, edito ab Homollio *bull. de corr. hell.* 6 p. 45 v. 147. 148 sic legitur: στέφανον χρυσοῦν ἐπιγραφὴν ἔχοντα: 'Μίνατος Μινάτου Τήιος Ρωμαῖος ἐκ Κύμης ἀνέθηκεν'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Λεύκιος Ὄππιος Ρωμαῖος Ἀπόλλωνι χαριστήριον'. ἄλλο στεφάνιον ἐπιγραφὴν ἔχον: 'Κίντος Πλίνιος Ἀπόλλωνι εὐχήν'. Primum secundumque horum Homollius (*bull. de corr. hell.* 8 p. 88) apte composuit cum duobus magistris Mercurii et Maiae nominatis in titulo n. 76 loco primo secundoque *L. Oppio L. f.* et *Minato Staio Ovi f.*; certe ille quominus idem sit nihil impedit.

1407 basis marmorea fracta lata m. 0,34, alta m. 0,48, crassa m. 0,21, rep. Deli a. 1881.

PHILONIC VS
LARIBVS · D

Hauvette-Basnault descriptam dedit Homollio, qui ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 128.

1408 parvum epistylium Doricum longum m. 1,27, altum m. 0,21, crassum m. 0,29. Rep. a. 1879 m. Iulio Deli in porticu Philippi extrema meridiem versus.


IVS·C·L· MANIOΣ MAAPKIOΣ MANIOY NΣΜΕ ριος
VS·N·F MAAPKOΣ ΛC / / ΛΙΟΣ KOINTOY ΣΠΟΡΙ ος
ΣERVNt OI EPMAIΣTAI EPMEI KAI MAIAI TON NAO ν

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 97.

1, 3 fin. hiatus non adnotatur. — 2, 2 fortasse fuit ΛΟΚΙΛΙΟΣ; Homollius proposuit et ΛΟΛΛΙΟΣ et ΛΟΥΙΛΙΟΣ.

Similem titulum edidimus Eph. IV p. 42 n. 76. Videntur hic quoque sex magistri nominari M.' Marcius M.' (f. vel l.), N. . . . ., . . . ius C. l., M. Lucilius (?) Q. (f. vel l.), Sp. . . . ., ... us N. f., quorum primus et quartus integri fere leguntur Graece, secundi quintique praenomina item Graece, tertii et sexti extrema vocabula Latine. — Praeterea notabilis est dativus Ἑρμεῖ hic rediens. — Νεμέριος Graecis usitatum est (Dittenberger in Herma 6 p. 297).

1409 epistylium Ionicum formae eius, quae infra cernitur; rep. Deli in foro septentrionali ante porticum Hermaistarum ad occidentem e regione cubiculi ex quo prodiit statua C. Ofellii Feri (*bull. de corr. hell.* 5 p. 390).



insc. Lat. litt. c. 15

ↄ · C · L · L . CA|ECILIVS| · A · L · ZEPHV|RV|*s a*|GATHOCLE *tis f. t. popillius p. . . mag. mercurii*

λεύκιο|Σ·ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ ΑΥΛΟΥ·Ζ|+ΥΡΟΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥ|Σ ΤΙΤΟΣ ΠΟΠΙΛΛΙΟΣ ΠΟ|ΠΛΙΟΥ ΟΙ ΕΡΜΑΙΣΤΑΙ //Μ

insc. Graec. litt. c. 8

in alio eiusdem tituli fragmento

ΤΑΧ

Homollius, qui ipse non vidit, descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 118.

Supersunt nomina magistrorum quattuor . . . . *s C. l.; L. Caecilius Auli l.* (= [Λεύκιο]ς Καικίλιος Αὔλου); *Zephuru*[*s A*]*gathocle*-[*tis f.*] (= Ζ[έ]φυρος Ἀγαθοκλέους); [*T. Popillius P.*] *f.* (vel *l.*) (= Τίτος Ποπίλλιος Ποπλίου).

1410 basis marmorea cum foramine in parte summa, lata m. 0,38, alta m. 0,26, crassa m. 0,32; iuxta reperta est statua Herculis finiens in Hermae figuram. Deli rep. ibi ubi prodiit n. 1411.

M · ORBIVS · M · F
MAG
ITALICEIS

Similes sunt tituli Deliaci Graeci tres, unus quem Hermaistae Apolloniastae Posidoniastae facti anno u. c. 657 (*ἐπὶ ὑπάτων Γναίου Κορνηλίου Λεντόλου καὶ Ποπλίου Λικινίου Κράσσου*) dedicant *Ἡρακλεῖ καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 4 p. 190); alter quem iidem facti anno 680 (*ἐπὶ ὑπάτων Λευκίου Λικινίου Λευκόλλου καὶ Μαάρκου Αὐρηλίου Κόττα*) numero duodecim dedicant *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (*bull. de corr. hell.* 8 p. 146); tertius anni incerti quem Philostratus Ascalonita *τραπεζιτεύων ἐν Δήλῳ* consecrat *Ἀπόλλωνι καὶ Ἰταλικοῖς* (l. c. p. 128). — *M. Orbius M. f.* qui hunc posuit potest esse dux Deliorum contra Apellicontem is de quo egi ad n. 1423 Athenaeo dictus Orobius.

1411 litteris miniatis. In gradu alto m. 0,15, crasso m. 0,51, qui gradus olim subsellium marmoreum sustinuit, reperto loco antiquo, Deli ad forum septentrionale *dans une petite annexe de forme triangulaire, située à l'angle N.O., dans le voisinage du lac sacré* m. Aug. a. 1880.

C · MARCIVS · C · L · TRVPHO · A · PACONIVS — uno versu
L · L · ALEXANDER · L · MVNDICIVS · L · L ·
DIONVSIVS · A · RAECIVS · N · L · ALEXANDER
L · NOVIVS · L · L · DARDAN

sub titulo rudi stilo delineatus est lynter et ornamenta

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8. p. 145.

1412 litteris altis cent. 18 in lapidibus olim iuxta positis XVII qui iuncti longi sunt m. 9,44. Deli rep. in foro inter sept. et occ.

|CE|L·C·|VIG|IV|S·M·F·|M·M|AGVLN|IV|S·M·|F·|N·M|AECIV|S·|L·|L·A|NO| |Q·F·MA|

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184.

1413 Deli rep. in foro inter sept. et occ.

MAG · FA *c cur*
N · RAECIVS · M · F
ELLIVS · T · F
IVS · M · F
· A · L · ANTIM
TRATI
/CON
O
OL

Recognovi ad ectypum quod misit Reinach; idem ed. *bull. de corr. hell.* 8 p. 186 (cf. p. 144).

1414 tabulae marmoreae duae, prior longa m. 1,93, alta m. 0,17, crassa m. 0,30, posterior longa m. 0,87; rep. Deli ibi ubi prodiit n. 1411.

*fac*IVNDA · COERAVERE · M · AEMILIO · LEPIDO · Q · LVTATIO · CATVLO · COS a. u. c. 676

Priorem tabulam Homollius repperit, posteriorem Reinach; prodierunt *bull. de corr. hell.* 8 p. 144. 184.

1415 tabula marmorea longa m. 0,67, alta m. 0,19, crassa m. 0,40, rep. Deli cum n. 1411.

FLAMINIVS · L · F ·

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 145.

1416 tabula marmorea longa m. 1,20, alta m. 0,17, crassa m. 0,37, rep. Deli cum n. 1411.

HASCE · SEDES ·

Homollius descriptam misit ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 144.

1417 alta m. 0,15, longa m. 0,15. Deli.

L · LIC*inius*
M · AVR*elius*

Reinach misit descriptam.

1418 duo fragmenta (prius *architrave avec oves et perles*, alterum *chapiteau quadrangulaire*) scripta litteris iisdem, rep. Deli in foro.

POPILLIVS   NIVS ·

Reinach misit descripta ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 184. 185.

1419 fragmenta epistylii complura litteris cent. 13, rep. Deli in foro in medio latere orientali.

Q · L | -VVS · C | L · ADV | IVS | POR|TI|CVM | A | F | O | C · L
S · DE | NT | *it*ALICEI

Reinach *bull. de corr. hell.* 8. p. 185.

1420 alta m. 0,35. Deli rep. in foro ad occidentem.

magist|REI · PORTICVM ·|

Reinach misit descriptam ediditque *bull. de corr. hell.* 8 p. 185.

1421 fragmenta plura litt. altis c. 17 rep. Deli in porticibus Hermaistarum.

|OR| |CVF| |S| |T| |S^| |M| |G| |N| |I| |DE| |O| |K|

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 117.

1422 Deli ad agorae latus septentrionale exedrae applicitae erant formae quadratae, statuis proponendis destinatae et pulcherrime ornatae. In una earum reperta est statua operis egregii repraesentans virum nudum in genua procumbentem; caput deficit, iuxta virum cernitur galea formae quae dicitur Boeoticae. Brachia quae desunt tenuerunt sinistrum sine dubio clupeum, dextrum fortasse gladium. Pictam statuam dedit Reinachius l. infra citato p. 173. Prope eam statuam reperta est ei aptata basis longa m. 1,25, lata m. 0,80, alta m. 0,23, litteris Latinis altis mill. 25; facta fuit ex lapidibus tribus coniunctis, quorum primus deficit, medius angulum ad sin. habet paullum effractum, tertius integer est et adest margo, cum post FVERE spatium vacet elementi unius et dimidii.

.... |TVM · ALEXANDREAE · ITALICEI · QVEI · FVERE
uirtu t|IS · BENEFICIQVE · ERGO
ΑΓΑΣΙΑΣ ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ
ΕΦΕΣΙΟΣ ΕΠΟΙΕΙ

Reinach misit et descriptam et charta expressam; edidit *bull. de corr. hell.* 8 a. 1884 p. 178 (cf. ibidem p. 109).

Tabula marmorea lata m. 1,02, alta m. 0,26, crassa m. 0,365, rep. Deli ad agorae latus septentrionale *dans une petite salle rectangulaire qui devait être decorée d'un banc de marbre et de statues* Homolle. Prodiit igitur eo ipso loco unde supra posita basis emersit.

|ΤΗΝ ΟΙ ΕΝ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΙΑΙ|
|ΟΙ ΑΡΕΤΗΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ|

Homolle *bull. de corr. hell.* 8 p. 108.

Titulus artificis cum ita exaratus sit, ut secundus versus utrimque una littera brevior sit quam prior, si Latina simili aequabilitate disposita fuerunt, in principio versus prioris desiderantur litterae c. 22, nimirum sex quae respondebant deperditis VIRTVT, sedecim autem scriptae super spatium in secundo versu post ERGO vacuum relictum. Sed potest item versus secundus pariter atque primus a margine incepisse; parum igitur constat de numero litterarum deperditarum. Prima littera a Reinachio in re praesenti sic excepta Γ V M, cum in ectypo cernatur ⁄ V M, potest fuisse I vel T.

Inscriptionem plane singularem sic opinor redintegrandam esse nomine scilicet exempli causa posito: [*C. Marium C. f. lega*]*tum Alexandreae Italicei quei fuere* [*cum eo ibi virtut*]*is beneficique ergo.* [Γάιον Μάριον Γαίου πρεσβευ]τὴν οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ [σὺν αὐτῷ γενόμενοι Ἰταλικ]οὶ ἀρετῆς καὶ εὐεργεσίας [ἕνεκεν]. Accusativus pro dativo Latinis solito non offendit in titulo bilingui dedicato in Graecia; similiter in Argivo C. III, 532 dedicato a. u. c. 687 legimus: *Q. Maarcium Q.* [*f. Regem*] *Italicei quei negotian*[*tur Argeis*], item Κόιντον Μαάρκιο[ν Κοίν]του υἱὸν Ῥῆγα Ἰταλ[ικοί] cet. — Ad *legatum* et πρεσβευτήν cum vestigia ducunt tum titulus alter Deliacus (C. I. Gr. 2285 *b*) cum hoc eo certe nomine coniunctus, quod statuarius idem subscriptus est: Γάιον Βιλλιηνὸν Γαίου υἱὸν πρεσβευτὴν Ῥωμαῖοι οἱ ἐν Δήλῳ ἐργαζόμενοι εὐεργεσίας ἕνεκεν τῆς εἰς ἑαυτοὺς ἀνέθηκαν. Αγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος ἐποίει, Ἀρίστανδρος Σκόπα Πάριος ἐπεσκεύασεν [1]). — Quae sequuntur verba linguae Latinae leges non sinunt ita accipi, quasi scriptum foret *Italicei quei fuere Alexandreae;* nam ab eiusmodi transpositione sermo legitimus abhorret, nec perfectum ita recte positum est, cum hosce titulos dedicare soleant qui alicubi *consistunt* vel *negotiantur*. Ab altera autem parte *Alexandreae* si coniungitur cum iis quae praecedunt, ut omnino iungendum est, verba *Italicei quei fuere* absolute posita quomodo explicari possint non perspicio; nam de quo cogitavi Italicos negotiatores maiore ex parte Latini iuris homines civitate impetrata post bellum sociale antiquum nomen cum novo civium Romanorum permutavisse, id eo refellitur, quod reliqui quidem tituli recentiores utuntur civium Romanorum vocabulo. sed titulus Deliacus anni 680 (vide ad n. 1410) et duo tituli Argivi anni 685 (*Q. Caecilio C. f. Metelo imperatori Italici quei Argeis negotiantur* C. III, 531) et 687 (vide supra) antiquam consuetudinem retinent, retinetque item auctor Caesarianus *bell. Afr.* 36. Praeterea haeremus in Graecis, quae hisce Latinis respondere paene certum est; nam quod superest οἱ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ . . . . . οι ostendit titulum positum esse ab Italicis morantibus moratisve Alexandreae. His difficultatibus ita obviam ire volui, ut urbis vocabulum et ad legatum referretur et ad Italicos supplemento admisso incerto sane, sed quod ipsum non offendat et ad utriusque tituli reliquias facile aptetur. — Aetas tituli determinatur eo quem supra rettuli et huiusce quodammodo gemellum esse demonstravi C. Billieni. Hunc enim intellexit Boeckhius esse C. Billienum eum qui teste Cicerone (Brut. 47,

[1]) Eadem subscriptio (Ἀγασίας — ἐπεσκεύασεν) est in tertia basi nuper reperta Deli edita *bull. de corr. hell.* 5 p. 462.

175) *consul factus esset, nisi in Marianos consulatus* (a. u. c. 650—654) *et in eas petitionis angustias incidisset*, cum praesertim legatus ita nude dictus non conveniat nisi liberae rei publicae temporibus [2]). Fortasse etiam Q. Pompei Rufi cos. a. 666 eoque anno caesi statuam idem Agasias sculpsit (cf. infra n. 1424). Quinam autem fuerit qui hoc titulo honoratur et is quid beneficii in Italicos contulerit, nobis tum datum erit scire, cum forte fortuna reliqua tituli pars prodierit. Statua haec bellatoris occumbentis quamquam nuda est neque ita comparata, ut honoratorum virorum imagines effingi solent, nihilominus ducem aliquem aetatis illius repraesentet necesse est (comparat Robertus noster statuam similem item Deli repertam C. Ofellii M. f. Feri editam *bull. de corr. hell.* 5 p. 391) eumque civem Romanum; nam Graeco homini legati vocabulum, modo id recte restitutum sit, parum convenit. Beneficium quo qui honoratur Italicos affecit, coniunctum fortasse cum eius interfectione in proelio aliquo, verisimile est spectare ad res gestas in Aegypto. Hoc enim effossiones Deliacae demonstrarunt septimo urbis saeculo insulam tamquam commune caput fuisse Italicorum in Oriente versantium et si quem ii honorare vellent, saepe statuam dedicavisse apud Apollinem Delium. Addam titulum Deliacum et re et tempore ab hoc nostro non abhorrentem item editum ab Homollio *Bulletin* 8 p. 107: Ῥωμαίων *οἱ εὐεργετηθέντες ναύκληροι καὶ ἔμποροι ἐν τῇ γενομένῃ καταλήψει* Ἀλεξανδρείας (a. ut videtur p. Chr. 126, u. c. 628) *ὑπὸ βασιλέως* Πτολεμαίου *θεοῦ* Εὐεργέτου Λόχον Καλλιμήδου (cf. C. I. Gr. 4896) *τὸν συγγενῆ βασιλέως* Πτολεμαίου *καὶ βασιλίσσης* Κλεοπάτρας *ἀρετῆς ἕνεκεν καὶ εὐεργεσίας τῆς εἰς ἑαυτοὺς* Ἀπόλλωνι.

---

[2]) Cf. vol. I n. 562. 605. Decretum quoque Gythiensium factum in honorem N. et M. Cloatiorum M. f. (Lebas et Foucart n. 242 *a*: Dittenberger syll. n. 255) quos nominat Γάιον Ἰούλιον *πρεσβευτὰν καὶ* Πόπλιον Λὐτρώνιον *πρεσβευτὰν καὶ* Φούλβιον *πρεσβευτάν*, et ipsi eiusdem aetatis sunt. Antonium qui ibi nominatur (*ἐν τῷ ἐπὶ* Τιμοκρατέους *ἐνιαυτῷ, ὅτε* Ἀντώνιος *παρεγένετο*) recte Waddingtonius (apud Foucartum l. c.) negavit triumvirum intellegi; sed quem proposuit C. Antonium Ciceronis in consulatu collegam propterea quod is imperante Sulla a. 671 in Achaia Graecos vexavit, cum eo tempore tribunus militum fortasse esset, non magis sic nominari potuit. Immo intellegitur dux missus contra piratas aut pater M. Antonius orator praetor pro consule a. 651 aut filius M. Antonius Creticus a. 680, potius autem pater propter orthographiam antiquiorem.

1423 in pariete marmoreo vel potius basi praegrandi fortasse statuae equestris (lapides alti sunt m. 0,72, margo inferior m. 0,38), quae basis extat loco antiquo Deli a propylaeis ad septentrionem, legitur a parte quae est ad occidentem titulus longus m. 2,10 litteris altis c. 10 scriptura continua uno versu. Picturam monumenti dedit Reinach l. c. p. 173. A parte altera ad orientem cum marmora rudia manserint, videtur deficere basis latus alterum inscriptum fortasse et ipsum.

L·CORNELIVS·L· =
= F·SVLLA·PRO·COS

a. u. c. 667

Repraesentavi ad ectypum, quod misit Samuel Reinach, quoniam utile fuit formam litterarum depingere. Edidit idem *bull. de corr. hell.* 8 (1884) p. 172.

Principes reliquos quominus constitueret magister officiorum ex schola sibi subdita agentium in rebus, dignitas non impediebat, cum exceptis supra dictis magistratus omnes ipse praecederet. Favent item ei coniecturae constitutiones, ubicumque eiusmodi principum originem commemorant, hanc ipsam enuntiantes [1]. Denique Notitia Dignitatum passim significat principem sumi *de schola agentium in rebus* et cum ad reliquos officiales nulla similis nota usquam adscripta reperiatur, eam electionem principibus propriam esse, reliquos officiales ex ipso officio proficisci non obscure indicat. Nec quisquam opinor dubitavisset ad huius generis principes omnes eam originem pertinere, nisi obstare visa esset formula *de eodem officio* passim in Notitia obvia. Eam scilicet viri docti maluerunt ita interpretari, ut his verbis significetur origo ex ipso eo de quo modo agitur officio, quam referre ad praecedentia, ut sic origo principis proxime memorati ad sequentem porrigatur, neque sine causa; nam quibusdam locis aut nulla originis indicatio praecedit [2] aut ei quae sequitur parum apta [3]. Nihilominus interpretatio haec neque verbis recte convenit neque re probabilis est. Primum cum in universum ad locum in officio eminentem ex eiusdem officii locis inferioribus perveniatur, paene ineptum est id enuntiari, plane non ferendum autem id enuntiari in principe solo, cum reliquorum cohortalinorum condicio plane eadem sit. Accedit quod principibus magistratuum summorum, quos dubitari non potest vere ex ipsis officiis ad eum locum pervenisse, eiusmodi

---

praetorianas cohortes et urbanae praefecturae milites videantur invenisse primatum, a quibus tibi humile solvebatur obsequium, et 11, 35: *agentium in rebus miles officii .... ideo principis nomen habere promeruit, quia militiae sacramentis ceteros antecellit .... et ut reverentiam praetorianae sedis extolleret, tunc ad eius venit obsequium quando vocabulum coepit habere praecipuum.* Verum est sub dispositione praefecti urbis proprie praesides nullos esse, sed quatenus a praeside praefectus urbis appellatur (v. p. 624), recte opinor eiusmodi praesidis apparitores militibus praefecturae urbanae adnumerantur. Conferendus item Lydus de mag. 2, 10 = 3, 40.

[1]) C. Th. 6, 28, 3 a. 386: *agentes in rebus post palmam laboris emeriti principatus honore muneramus.* Idem efficitur ex constitutionibus aliis, ut 6, 28, 2 a. 380; 6, 29, 6 a. 381; 6, 28, 6 a. 399; 6, 28, 7 a. 410; 6, 28, 8 a. 435 cet.; item ex Cassiodorio var. 11, 35.

[2]) Scilicet Or. 20, 10 princeps officii proconsulis Achaiae dicitur esse 'de eodem officio'; magistratus autem qui praecedunt principe carent.

[3]) Ita Occ. 32, 61 duci Pannoniae secundae datur 'princeps de eodem officio' (eum excipiunt 33, 67 'princeps de eodem officio' ducis Valeriae et 34, 48 'princeps de eodem corpore' ducis Pannoniae primae); item 38, 11 duci Belgicae secundae 'princeps ex eodem corpore', cum ei qui praecedit duci princeps tribuatur 'ex officiis magistrorum militum praesentalium'.

adnotatio nusquam adscribitur. Immo verba eo ducunt peculiarem quandam neque cum reliquis officialibus communem originem principis iis significari. Deinde qui ita interpretantur videant quemnam principum creandorum ordinem efficiant. Scilicet ita de schola agentium in rebus principem acciperent vicarii omnes, proconsules Achaiae et Africae, comes Aegypti, duces plerique; de suo autem officio proconsul Asiae, praesides omnes, comes Isauriae, ex ducibus octo, ut nulla certa lex usque quaque deprehendatur. Deinde praemium quod subiungitur[1]) modo 'adorata clementia principali cum insignibus exit transacto biennio', modo 'completa militia adorat protector', aperte idem est, et apte omnino agens in rebus per principatum ad protectoriam dignitatem adscendit (vide supra p. 134); at prior formula coniuncta invenitur cum principe 'agente in rebus', posterior cum principe 'de eodem officio', nec puto quisquam admittet eundem honorem haberi tam principi profecto ex agentibus in rebus quam sumpto ex cohortalinorum aliquo infimi honoris corpore. Itaque statuendum est formula 'de eodem officio' in Notitia Dignitatum relatione facta ad ea quae praecedunt id ipsum significari quod significant verba 'de schola agentium in rebus' et hoc quoque addendum ad alia multa perturbationis et emendationis indicia per Notitiam dispersa, quod formula 'de eodem officio' tribus locis iam non habet quo apte referatur.

Hoc admisso Notitia Dignitatis Orientis quod ad principem attinet, plane aequabiliter decurrit. Secus est in Occidente: ibi enim magistratus militares provinciarum, scilicet magister equitum per Gallias, comites omnes, duces exceptis tribus Pannoniarum duarum et Valeriae[2]), principem accipiunt non a magistro officiorum, sed 'ex officiis magistrorum militum praesentalium, uno anno a parte peditum, alio a parte equitum'[3]). Hanc administrationis mutationem ante a. 398 institutam esse eius anni constitutio declarat[4]), coniunctam verisimiliter cum dominatu Stilichonis; non porrigi eam ad tres ducatus Pannoniae fortasse inde explicandum, quod eas partes eo tempore Gothi tenebant. — Ad magistratus civiles mutatio ea non pervenit. Immo de vicariis, item de proconsule Africae mansit antiqua lex, ut principem acciperent agentem in rebus. Ex praesidibus qui primi nominantur consulares dicuntur accipere principem 'de officio praefecti praetorio Italiae', eos qui excipiunt correctores et praesides reliqui 'ex eodem officio'.

---

[1]) Locos indicat index Seeckii p. 307.

[2]) Vide p. 625 n. 3. In his formula antiqua consulto videtur retenta esse; contra quarto loco 38, 11 in duce Belgicae secundae remansit non dubio errore. Nam quae obtinebant de reliquis ducatibus Germaniarum et Britanniarum, ad hunc quoque pertinuerit necesse est.

[3]) Brevius paullo 29, 7 et deinceps. Bis 28, 23. 36, 7 verba quaedam deficiunt supplenda omnino ad reliquos locos, nec corrigendum, ut fecit Seeckius.

[4]) C. Th. 1, 7, 3 data a. 398 Sept. 13 ad Stilichonem magistrum militum: *Sicut clarissimis viris comitibus diversarum provinciarum et limitum, ita et viro spectabili comiti per Africam principes et numerarii ex officio magisteriae potestatis mittantur.* Hac constitutione ordinatio de qua agimus ad Africam prolata est devicto paullo ante Gildone.

Itaque in partibus Occidentis magister officiorum et agentes in rebus tum cum iis principatus militares eriperentur, etiam in civilibus aliquam potestatis imminutionem videntur subiisse. Sed fatendum est quae iam leguntur perturbata esse et fortasse emendata imperfecte. Nam cum Notitia Occidentis duos praefectos praetorio recenseat Italiae et Galliarum, parum credibile est praesidibus vel certe consularibus Galliarum principem missum esse a praefecto praetorio Italiae; nec magis placet, quod vicario septem provinciarum a magistro officiorum princeps datur agens in rebus, praesidibus sub eo vicario constitutis a praefecto praetorio. Sed ultra reprehensionem traditorum nobis non datum est ut procedamus. — Gothorum aetate antiquam ordinationem rediisse et plerosque certe principes ex schola agentium in rebus sub magistro officiorum constituta profectos esse formulae Cassiodorianae (v. adn. 4) docuerunt.

XL. ORDO SALVTATIONIS SPORTVLARVMQVE SVB IMP. IVLIANO IN PROVINCIA NVMIDIA.

Thamugadensis fori rudera relicta eo fere statu, quo forum illud fuit saeculo quarto medio, cum antea iam et monumenta alia praeclara et *album ordinis* (C.VIII, 2403) protulerint conscriptum circa tempora Iuliani, nuper his addiderunt statuta consularis Numidiae de ordine salutationis et de sportulis iudiciorum plena egregiae et novae plane eruditionis, edita primum ab indefesso veterano explorationum Africanarum A. Poulle (*recueil de Constantine* vol. 22 a. 1882 p. 401; repetivit supra p. 386 Schmidtius). Ea editio cum ad me perlata esset, etsi videbam hunc quoque lapidem solita diligentia exceptum esse neque ullam pleraque offensionem habebant, tamen versus sex (9—14) admodum male habiti non solum ipsi parum intellegebantur, sed etiam universi monumenti natura et condicio propter eum defectum non satis perspiciebatur. Quapropter per litteras Poullium rogavi, ut ectypum mihi conficiendum curaret. Adnuit ille adeoque nuntiavit se ipsum cum fieri posset eius rei causa Thamugadi profecturum esse, et per aliquot menses temporum inclementia retentus, nuper licet ventis et pluviis etiamtum contrariis comite et adiutore Victore Reboud quod promisit summa industria et sollertia perfecit. Ectypis, quae tria Poullius misit, adiutus, quamquam sic quoque hiatus aliquot admodum incommodi remanserunt et in futurum quoque remanebunt (superficies enim lapidis ibi tota decidit), in universum lectionem ut expedirem mihi successit. Grati animi sensum ita profiteor, ut Poullio Reboudioque scio maxime placiturum esse: scilicet edo quam primum fieri potuit monumentum recognitum adiecto commentario.

LAAV//////TATE VLPI MARISCIA
NI · V C · CONSVLARIS SEXFASCALIS
PROMOTI PRIMO A DOMINO NOSTRO
INVICTO PRINCIPE IVLIANO ORDO SA a. 361—363
LVTATIONIS FACTVS ET ITA AT PERPETVI
ATIS MEMORIAM AERE INCISVS PRIMO
SENATORES ET COMITES ET EX COMITIBVS
ET ADMIN///RATORES SECVNDO PRIN
CEPS CORNIC//AP//////LATINI TER/IO Co
RONATI///////IN///////O PROMOTI OF
FICIALES //////////////OTVS CVM ORDI
N//NI/////////CIALES EX ORDINE ITEM
QVAM/T/////MODA CONSEQVI DEBEAT PRIN
CEPS AD OFF/////IEM INTRA CIVITATEM DAN
DVM ITALIC// TRITICI MODIOS QVINQVE
AVT PRETIVM FRVMENTI INTRA DECI
MVM MODIOS SEPTEM AVT PRETIVM MO
DIORVM SEPTEM ETIAM PER DENA MI
LIA BINI MODI VEL EORVM PRAETIA
SVBCRESCANT SI MITTEnDVS SIT TRA
NS MARE CENTVM MODI · VEL MODIO
RVM CENTVM PRAETIVM SVFFICIET
CORNICVLARIVS ET CONMENTARIEN
SIS MEDIETATEM HVIVS SVMMAE COM
MODI NOMINE CONSEQVENTVR SCO
LASTICI IN POSTVLATIONE SIMPLICI
sic QVINCVE MODIOS TRITTICI VEL QVIN
QVE MODIORVM PRAETIA CONSEQVEN
TVR IN CONTRADICTIONE DECEM MODI
OS TRITICI VEL DECEM MODIORVM PRAE
TIVM CONSEQVANTVR IN VRGVENTI
QVI FINIENDA SIT QVINDECI MODIOS VEL
QVINDECI MODIORVM PRAETIA CONSE
QVANTVR EXCEPTORES IN POSTVLATIO
NE QVINQVE MODIOS TRITICI VEL QVIN
QVE MODIORVM PRAETIVM CONSEQVAN
TVR IN CONTRADICTIONE DVODECIM
DIOS TRITICI VEL DVODECI MODIORVM
PRAETIVM CONSEQVANTVR N DEFINITA CAV
SA VIGINTI MODIOS TRITTICI VEL VIGINTI
MODIORVM PRAETIA CONSEQVANTVR CAR
TA IN POSTVLATIONE SINGVLIIVMI SVFFICI
VNT MAIORES IN CONTRADICTIONIBVS
QVATERNOS MAIORES IN DEFINITO NEGO
TIO NVMQVAM AMPLIVS QVAM SEX A LITI

GATORE EXIGI OPORTEBIT LIBELLENSIS IN LI
BELLO VNO DVOS MODIOS TRITICI VEL DVORVM
MODIORVM PRETIVM DEBEBIT ACCIPERE OF
FICIALIS MISSVS INTRA CIVITATE DVOS MO
DIOS TRITTICI VEL DVORVM MODI/R'VM
PRETIVM CONSEQVATVR

Littera *a* semper sic est A. — 6 in. spatium litterae unius vacat, scilicet pictae, non incisae. — 9 utrum LATINI an LATONI in lapide sit, dubitabamus; sed antepaenultimo loco magis cavum est casu factum quam O littera, legitque Poullius quoque in ipso lapide ATINI. — M faber errore pro M. — 10 inter RONATI et O litterae interciderunt fere quattuordecim, quarum septima octavaque mihi esse visae sunt IΛ, Rossio Gattioque, quibus ectypa diversa praesto fuerunt eaque fortasse meliora, NC; supplet Rossius CORONA*ti* *proui*NC*iae* *quart*O. — 13 post QV videor mihi videre reliquias litterae A, deinde post hiatum litterae unius Λ aut A, mox T (hasta certa); nec quicquam repperi quod recte quadraret praeter QVAMTA (non QVANTA) COMMODA. — 37. 38 DVODECIM|DIOS lapis; scilicet cum in exemplari esset DVODECIMODIOS, ut solet qui haec concepit in talibus alteram M omittere, quadratarius eius usus ignarus O litteram praeteriit. — 39 pro IN lapis non Ň, sed N errore. — 42 SINGVLIIVMI lapis; in exemplari videtur fuisse vel certe esse debuisse SINPLICI Ī, quadratarius autem numerum litteris perscribens locum perturbavisse. — 44 QVATERNOS lapis; apparet ĪĪĪĪ fuisse in exemplari a quadratario item litteris expressum non sine errore.

1. 2 Ex au[ctori]tate Ulpi Mariscia|ni v(iri) c(larissimi) consularis sexfasca-
3. 4 lis, | promoti primo a domino nostro | invicto principe Iuliano,
5. 6 ordo sa|lutationis factus et ita at perpetui|[t]atis memoriam aere incisus.

Primo
7 | senatores
et comites
et ex comitibus
8 | et admin[ist]ratores.
Secundo
9 prin|ceps,
cornic[ul]ar[ius],
[Pa]latini.
Ter[t]io
10 co|ronati . . . .
[Quart]o
11. 12 promoti of|ficiales . . . . tus cum ordi | . . ni.
[Quinto?]
[offi]ciales ex ordine.

13. 14 Item | qu[a]mt[a com]moda consequi debeat prin|ceps.
15 Ad off[icia]lem intra civitatem dan|dum Italic[os] tritici modios quin-
16 que aut | pretium frumenti;
17. 18 intra deci|mum modios septem aut pretium mo|diorum septem.
19. 20 Etiam per dena mi|lia bini modi vel eorum praetia | subcrescant.
21. 22 Si mitte[n]dus sit tra|ns mare, centum modi vel modio|rum centum praetium sufficiet.
23. 24 | Cornicularius et commentarien|sis medietatem huius summae com|-
25 modi nomine consequentur.
26. 27 Sco|lastici in postulatione simplici | quincue modios trittici vel quin|-
28. 29 que modiorum praetia consequen|tur;
30. 31 in contradictione decem modi|os tritici vel decem modiorum prae|tium consequantur;
32. 33 in urguenti | qu[e] finienda sit, quindeci modios vel | quindeci modiorum
34 praetia conse|quantur.
35. 36 Exceptores in postulatio|ne quinque modios tritici vel quin|que mo-
37 diorum praetium consequan|tur;
38 in contradictione duodeci m[o]|dios tritici vel duodeci modiorum |
39 praetium consequantur;
40. 41 [i]n definita cau|sa viginti modios trittici vel viginti | modiorum praetia consequantur.
42. 43 Car|ta in postulatione si[mplici singulae] suffici|unt maiores;
44 in contradictionibus | quatern[ae] maiores;
45. 46 in definito nego|tio numquam amplius quam sex a liti|gatore exigi oportebit.
47. 48 Libellensis in li|bello uno duos modios tritici vel duorum | modiorum pretium debebit accipere.
49. 50 Of|ficialis missus intra civitate duos mo|dios trittici vel duorum mo-
51 di[o]rum | pretium consequatur.

Ulpius Mariscianus v. c. consularis sexfascalis provinciae Numidiae innotuit primum ex titulo Macomadensi C. VIII, 4771: *d. n. Fl. Claudio Iuliano p(io) f(elici) invicto Aug. Ulpius Mariscianus v. c. cons(ularis) p(rovinciae) N(umidiae) numini eius dicatissimus offerente ordine.* Inter consulares Numidiae sex fascium honore ornatos cum adhuc tempore reliquos praecederet Publilius Ceionius Caecina Albinus officio functus a. 364/7, iam eum Mariscianus loco depulit, primus scilicet, ut est in titulo, quem Iulianus Numidiae consularem fecerit (cuius praedicationis similem legisse me alibi non memini), verisimiliter, ut fata voluerunt, etiam solus, creatus inter a. 361 extremum et 363 medium, praeterea quod sciam ignotus.

Praescriptio quae est *ex auctoritate . . . consularis . . . ordo salutationis factus et ita at perpetuitatis memoriam aere incisus* non ad id quod habemus exemplum pertinet incisum lapide, sed ad archetypum id ex quo hoc descriptum est. Tabulam aeneam dubitari non potest et ipsam publice proposi-

tam fuisse, verisimiliter Cirtae ad tribunal praesidis, inde curante ordine Thamugadensi, sive iussu praesidis sive decreto ipsorum, haec descripta esse et Thamugadi in foro proposita. Quod si quaeris, ad quod genus iussionum haec pertineat, mihi videtur edictis magistratuum adnumerari debere vel certe ad ea proxime accedere. Nam ut solebant meliore aetate, ita labente quoque magistratus, maxime antequam inirent, de administratione edixisse intellegitur ex lege Iustiniani quae epitomata superest[1]) : *οἱ τὰ διατάγματα κομίζοντες τῶν μελλόντων ἄρχειν πολιτικὴν ἢ στρατιωτικὴν ἀρχὴν δεκαπέντε μόνους χρυσοὺς ἐκ τῆς ἐπαρχίας κομιζέτωσαν.* Iam cum ipsa verba significent ordinem salutationis a Marisciano factum esse et iubente eo publice propositum in tabula aerea, quomodo id perficere potuerit nisi edicendo, equidem non perspicio, quamquam verum est non verba in edictis sollemnia (*ille dicit*) praescripta esse, sed quem eam rem praeses curare iusserat id quod legimus praescripsisse. Sane quae in administratione secuturus erat cum in sportulis litium et advocatorum honorariis constituendis, tum de ordine salutandi quamquam ad officiales potissimum pertinent (id enim etiam de salutatione obtinere vel inde intellegitur, quod propter commissa eo nomine officium potissimum multatur[2]), item civium omnium intererat nosse; quapropter non sine idonea causa haec et ipse publice proponi iussit et per civitates Numidiae magistratus similiter publicaverunt. Ceterum tantum abest, ut suo arbitrio Mariscianus haec omnia constituisse existimandus sit, ut sine dubio pleraque certe ad ius commune ordinarit, cum praesertim ipse adiciat *at perpetuitatis memoriam* haec incidi.

Olim quod receptum est apud Romanos non promiscue provinciales admittendos esse ad praesides complexu scilicet et osculo salutandos[3]) et, quod cum ea re coniunctum fuit, ad introductionem in cubiculum eorum consessumque[4]), id postea quoque mansisse constitutiones plures testantur[5]). Quomodo autem quarto saeculo res administrata sit, *ordo salutationis* Thamugadi repertus clara luce illustrat, quamquam ei luci non parum hiatus officiunt tenorem praescripti interrumpentes neque ullo modo certa ratione explendi; est enim edictum suo genere unicum et inter antiquitatis reliquias sui tantum simile.

---

1) C. Iust. 3, 2, 2. Conferantur Ulpianus Dig. 1, 16, 4, 3; Cassiodorius var. 11, 8.

2) C. Th. 6, 18, 1. 6, 25, 5 = C. Iust. 1, 48, 3 et 12, 19, 2. C. Th. 6, 27, 10.

3) Tacitus ann. 15, 31: *ne .. Tiridates ... complexu provincias obtinentium arceretur foribusve eorum adsisteret.* Vita Severi c. 2: *in legatione* (apud proconsulem Africae) *cum eum quidam municipum suorum Leptitanus praecedentibus fascibus ut antiquum contubernalem ipse plebeius amplexus esset, fustibus eum sub elogio ... eiusdem* (scr. *eiusmodi*) *praeconis cecidit: 'legatum populi Romani homo plebeius temere amplecti noli'.*

4) Significat id Tacitus, enuntiant constitutiones (adn. 5).

5) C. Th. 6, 23, 1: *in salutandis administratoribus.* 6, 26, 5: *in sacris scriniis nostris militantes ordinarii iudices a salutatione non arceant.* 6, 28, 8: *in salutationibus iudicum consessibusque priores eos ... esse praecipimus.* 12, 1, 109: *osculum quoque his in provincia iudicantium et consessus indultus sit.* Cod. Iust. 1, 48, 3. Cf. Gothofredus ad C. Th. 6, 8, 1.

Salutatores admittuntur per gradus, quorum tres certo cognoscuntur, de quarto et quinto minus constat, videntur tamen quinque gradus facti esse. Aliquot gradus homines continent diversae admodum dignitatis ita exaequatos, ut qui eodem gradu essent ab officiali admissionibus praeposito simul ad praesidem introducerentur.

In primo gradu quod primum locum senatores tenent, explicatione non indiget; nude id vocabulum poni, ut comprehendantur clarissimi omnes, legis argumento aptum est, potestque comparari constitutio a. 364 (C. Th. 9, 30, 1) de simili privilegio data: *exceptis senatoribus atque honoratis, sed et his qui provincias administrant.*

Qui sequuntur *comites,* intelleguntur omnino praesertim loci inferioris, cum comites primi ordinis senatoribus comprehendantur. Comitiva autem secundi tertiique ordinis ad quasnam administrationes iure pertinuerit si quaeris, respondebimus secundum constitutionem a. 397 (C. Th. 6, 14, 2) inter comites rei militaris fuisse primo ordine inferiores, qui sunt sine dubio *comites minores* (C. Th. 7, 11, 1 a. 406) sive *inferiores* (C. Th. 7, 11, 2 a. 417) cum tribunis simul nominati [1]). Praeterea *comitibus secundi ordinis vel cubiculariis* cum quoddam privilegium tribuatur (C. Th. 6, 27, 8 a. 396), iure inde colligemus eam comitivam cubiculariis omnibus concessam esse. Item proximis scriniorum lege a. 416 (C. Th. 6, 26, 17), cum antea tertiae comitivae gradu essent, secundi ordinis codicilli concessi sunt, indeque et his et comitibus dispositionum pro novo gradu vestis attributa (C. Th. 6, 26, 18 a. 426). In universum denique in lege a. 412 [2]) inter eos, qui a tironum praebitione excusantur, recensentur post honores maiores proximi scriniorum (quos modo vidimus eo tempore comitivam tertii gradus habuisse) et scrinia, comites dispositionum, decuriones (aulici), magister admissionum *et ceterae similes comitum laboribus nostris sociae dignitates.* Haec quamquam ad Iuliani aetatem non omnia perveniunt, satis declarant, a quibusnam comitibus Marscianus una cum senatoribus salutari voluerit.

Sequuntur *ex comitibus* qui dicuntur sive comites honorarii. Ita secundum legem a. 371 (C. Th. 12, 1, 75), huic igitur decreto fere aequalem, sacerdoti provinciae et principali curiae muneribus expeditis *honor ex comitibus* additur, *quem ii consequi solent qui fidem diligentiamque suam in administrandis rebus publicis approbarint.* Tertii gradus comitivam intellegi ut ipsa constitutio significat gradu non adiecto, ita alia enuntiat: *quicumque decursis . . . officiis primum obtinuerit in sua curia . . . locum, comitivae tertii*

---

[1]) Etiam in regno Theoderici qui singulis civitatibus praeponuntur, comitivam secundi ordinis accipiunt (Cassiodorus var. 7, 26; cf. Hegel *Geschichte der Städteverfassung von Italien* 1, 122). Sed horum institutorum quaenam vere Romana sint ad Gothos translata, quaenam origine Germana Romano vocabulo appellata, neque facile dictu est et ab hac nostra disputatione alienum.

[2]) C. Th. 11, 18, 1. Conferenda constitutio Valentiniani III (nov. 6, 3, 1): *tribunos vacantes sive comites secundi vel tertii ordinis omnesque clarissimos tertiam partem tironis agnoscere* (*oportet*).

ordinis habeat dignitatem[1]). Comites hi honorarii aliquotics memorantur, ut in lege a. 395 (C. Th. 12, 1, 150): *curiales qui honorariam adepti sunt comitivam*, et similiter atque hic factum est opponuntur ipsis comitibus a Constantio a. 353 ordini Carthaginiensium sic rescribente (C. Th. 12, 1, 41): *ex comitibus et ex praesidibus universi ceterique, qui sine administratione adumbratarum dignitatum codicillos honorarios meruerint . . . fungantur oneribus et honoribus universis.* Constitutio a. 385 (C. Th. 12, 1, 109) etiam agonothesia perfunctis promittit, ut *in perpetuum ex comitibus dignitate laetentur;* sequuntur quae supra rettuli de iure osculi et consessus. Appellatio *ex comite* vel, ut hac aetate frequentius dicitur, *ex comitibus* (vide supra p. 129), quamquam etiam comiti convenit qui administrare desiit, hac aetate tamquam propria fuit comitis honorarii, et ita omnino usurpatur in titulo Thamugadensi. — Id ipsum etiam ad tribunos pertinere et in summa ad honores militares omnes neque tamen ad civiles in commentariolo de protectoribus (supra p. 129 seq.) nuper demonstravi.

Duo comitum genera tam qui in administratione et propter administrationem comitivam accipiebant quam honorariis codicillis creati hac aetate plerumque comprehenduntur vocabulo honoratorum, de quo quae tradita habemus, admirabili doctrina composuit Gothofredus ad C. Th. 1, 8, 1 suae editionis. Adlegabitur solummodo constitutio a. 401 (C. Th. 1, 15, 16) utpote ad nostrum argumentum proprie spectans: *nullum penitus honoratorum publica salutatione sine chlamydis indumento vicariam potestatem adire oportet.*

Sequitur in primo gradu quartus ordo *administratorum*, quo vocabulo quid hoc loco proprie significetur, ambigi potest. Administrant certe quicumque publicum officium gerunt, praeses provinciae et rationalis summarum et sic deinceps, videturque vocabulo administratoris recte opponi alterum officialis, ut ille publica negotia gerat, hic gerenti pareat et appareat. Sed eius dignitatis administratores hic si significantur, vix intellegi potest, cur vocabulum adiectum sit; hi enim administratores comprehenduntur omnes aut senatoribus aut certe comitibus. Neque obliviscendum est, cum agatur de salutando praeside Numidiae, salutatores potissimum quaerendos esse inter provinciales ei subditos et hoc loco administratores recte intellegi eos praesertim, qui sub ipso administrant. Ita ducimur ad magistratus municipales, quippe quos constet et ipsos administravisse et suos habuisse officiales. Etiam in titulo codicis Theodosiani 'de iis quae administrantibus vel officium publicum gerentibus distracta vel donata sunt' quae sanciuntur, vel ad pagorum praepositos trahuntur (C. Th. 8, 15, 1), et modo vidimus ex comitibus honorem sacerdoti provinciae et principali curiae tribui solere propter rem publicam recte administratam. Principalis autem curiae si administratione recte finita primo gradu vocatur propter comitivam, admodum probabile est id quod sequitur pertinere ad eundem etiamtum administrantem; nec facile abesse possunt ab eiusmodi ordine salutandi civitatium Numidicarum vel universae provinciae qui res gerunt sub consulari. Ii quinam eo tempore fuerint, hoc

[1]) C. Th. 12, 1, 127 anni 392. Similia disponuntur C. Th. 14, 4, 9. 10.

loco non quaeremus[1]); cogitandum erit potissimum de curatoribus rerum publicarum, quos constat hac aetate certe in provinciis Africanis magistratuum municipalium locum obtinuisse et suae quemque civitatis negotia administrasse.

Secundo gradu salutant praesidem primum officiales ipsius primores. Scilicet cum praeses provinciae officium habeat, secundum Notitiam Dignitatum[2]), hoc: 1. principem; 2. cornicularium; 3. commentariensem; 4. adiutorem; 5. numerarium; 6. ab actis; 7. a libellis; 8. exceptores; 9. ceteros cohortalinos, hoc gradu vocantur primi duo princeps et cornicularius.

Simul vocantur Palatini; aliter enim hiatus expleri nequit. Officialium scilicet duo genera sunt magistratuum maiorum, quorum potestas non continetur unius provinciae finibus, et praesidum provinciarum; hi cohortalini appellari solent, illi Palatini[3]); et habet rationem Palatinos omnes admissos esse una cum primatibus duobus cohortalinorum.

Tertia vice qui introducuntur *coronati*, de iis difficile est statuere, cum quae sequebantur in lapide oblitterata sint. Videntur tamen redire in constitutione a. 407 (C. Th. 16, 2, 38) emissa ad proconsulem Africae, ut ita satisfieret precibus episcoporum eo ipso anno Carthagine congregatorum, quae sunt hae (coll. concil. ed. Mansi tom. 3 p. 802 = tom. 4 p. 502): *placuit . . ut petant ex nomine provinciarum omnium legati . . . a gloriosissimis imperatoribus, ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos qui in actu sunt vel in munere defensionis causarum, ut more sacerdotum provinciae iidem ipsi, qui defensionem ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis ecclesiarum . . . . ingredi iudicum secretaria.* Adnuunt imperatores: (*ecclesiis et clericis*) *hoc . . praecipuum et singulare deferimus, ut quaecumque de nobis ad ecclesiam tantum pertinentia specialiter fuerint impetrata, non per coronatos, sed ab advocatis, eorum arbitratu, et iudicibus innotescant et sortiantur effectum. Sacerdotes vero provinciae erunt solliciti, ne sub hac scilicet privilegii excusatione etiam contra eorum utilitatem aliquid his inferatur incommodi.* Inde iure colligemus ante eam legem datam qui ecclesiae nomine quiddam a praeside peteret, per coronatum rem ad praesidem detulisse, iam vero lata ea advocatum ecclesiae defensorem constitutum non interveniente coronato cum

[1]) Videantur quae exposuimus Marquardt *Staatsverwaltung* (ed. 2) vol. 1 p. 164 et ego interpretans album ordinis Thamugadensis (in hac Eph. vol. 3 p. 79 seq.) huic edicto aequale.

[2]) Secutus sum schema Or. c. XLIII. XLIV (nisi quod c. XLIV, errore librarii ut videtur, deficit qui est a libellis). In altero Occ. c. XLIII. XLIV tertio loco nominantur *tabularii duo*, cum deficiat quinto numerarius, et pro qui est *a libellis* ponitur *subadiuva.* Praeterea c. XLIII, errore omnino, adiutor praecedit commentariensem.

[3]) De re nota sufficit remittere ad Gothofredi paratitlon C. Th. 6, 30. Verum est Palatinos potissimum intellegi officiales comitum sacrarum largitionum et rerum privatarumque itemque castrensis sacri palatii: utrum is qui ordinem salutationis scripsit de illis potissimum cogitarit, quos saepissime in provinciis versatos esse notum est, an etiam officiales praefectorum praetorio, qui proprie sunt praefectiani, et comitum ducumque rei militaris latiore sensu Palatinos vocarit, definiri non potest.

praeside agere potuisse. At quinam hic intellegantur coronati, non magis exploratum est[1]). Cogitaram de sacerdotibus provinciarum tertio quartoque saeculo coronatorum vocabulo usis[2]); sed deterrebant obstaculo gravia. Primum cum in Africa tam constitutiones actaque ecclesiastica quam lapides saepissime provinciarum sacerdotes nominent, ex ea coronatum testatum non habemus. Deinde preces et constitutio supra prolatae advocatos ecclesiarum Christianorum ut exaequant sacerdotibus provinciarum paganis, ita nequaquam innuunt ante eam legem latam Christianorum desideria a sacerdote provinciae ad praesidem delata esse; immo ita nominantur in lege primum coronati, deinde sacerdotes provinciarum, ut vix credas utroque vocabulo eosdem significari. Sed aliter censet quem de ea re consului Rossius: *mi sembra*, inquit ille, *che prima del rescritto del 407 gli interessi della chiesa dinanzi di giudici dovevano essere o trattati o almeno introdotti in giudizio dai* coronati, *come incaricati di tutte le vertenze di cose spettanti alla* cura rerum sacrarum. *Per quanto ciò paja strano rispetto alla chiesa, mi sembra risultare dal confronto predetto; e poi non si dimentichi, che i* sacerdotes *nel tempo del rescritto imperiale citato aveano in gran parte perduto il carattere religioso, conservando solo quello degli interessi e di pubblico ufficio; che i Cristiani non rifuggirono dall' onorarsi del titolo* sacerdotales, *con tutto quello che ho spiegato nel Bullettino crist. 1878 a proposito del* fl(amen) p(er)p(etuus) Cristianus *di Ammaedara* (C. VIII, 10516). *Mi conferma nell' interpretazione la convenienza, che i* sacerdotales *non sieno dimenticati nell'* ordo salutationis *africano; e se non stanno nell' articolo terzo, sono fuori di esso.* Haec quae ad me scripsit amicus quamquam scrupulos supra propositos non omnino sustulerunt, tamen meliora quae proponam non habeo et in hac explicatione adquiescendum esse existimo. Admissa ea extremo capite legis imperatores hoc significant Christianis in posterum quoque licere per sacerdotem provinciae cum praeside agere neque propterea, quod iam per advocatum eum adire possunt, sacerdotem provinciae auxilium suum iis recte negare.

Ea quoque quae sequuntur sic ut lacera iacent certam interpretationem non recipiunt. *Promoti officiales,* si quidem recte haec duo vocabula coniunguntur, aut intelleguntur qui primum salutant promotione accepta aut certum quoddam genus officialium hoc vocabulo significatur. Huic opinioni patrocinantur quas Alfenio Ceionio Iuliano Camenio consulari Numidiae defuncto a. aetatis XLII a. 385 (vide supra p. 542 n. 1238) officiales ipsius Romae dedicaverunt duae bases gemellae. Earum alteram (C. VI, 1675) posuerunt .. *Gentilis p(rinceps), M(arcius?) Restutus cornicularius cum cartularis officii,* alteram nuperrime repertam neque editam, mihi autem missam a Rudolfo

---

[1]) Clericus coronatus huius constitutionis esse non potest, nec verum est hac aetate clericos eo vocabulo sic appellatos esse.

[2]) *Sacerdos arae Aug(usti) n(ostri) coronatus Dac(iarum) III* reperitur in titulo Sarmizegetusensi C. III, 1433 aetatis Gordianae, *coronatus Tusc(iae) et Umb(riae)* in Hispellate Orell. 3866 aetatis Constantinianae. Causam appellandi aperit decretum Baianum C. X, 3698.

Lanciani, *Ianuarius* I//EIDIVS *et* I////// *promoti cum* [c]*ollegis* /////// *officii*. Sed certi quiddam ne ex hac quidem efficitur. — Minus dubitationi obnoxium est, quod postremi omnium salutant [*offi*]*ciales ex ordine.*

Sequitur edictum alterum, quo quae de ordine iudiciorum saeculi quarti noramus non uno nomine augmentum accipiunt. Agit enim de iis quae partes litis causa praestare debent, id est de commodis[1]) sive sportulis officialium et similium personarum. Quos abusus hoc edictum respiciat, in universum declarat lex aequalis fere, anni scilicet 370, C. Th. 1, 29, 5, *forensis iurgii fraudes* recensens, *dum aut avarior instruitur advocatus aut obses*[*sor*] *liminis*[2]) *maioribus princeps praemiis exoratur*, *dum acta ab exceptoribus distrahuntur, dum commodi nomine amplius ab eo qui vicerit intercessor* (= executor; cf. C. Iust. 1, 40, 8) *exposcit quam redditurus est ille qui fuerit superatus.* Nam omnes hi, advocati, princeps, exceptores, executor redeunt in edicto Marisciani. Agitur autem in eo de emolumentis praestandis his personis:

1. principi (v. 13—22)
2. corniculario (v. 23—25)
3. commentariensi (v. 23—25)
4. scholasticis (v. 25—34)
5. exceptoribus (v. 34—46)
6. libellensi (v. 46—48)
7. officiali executori (v. 48—51).

Ex his qui singulari numero efferuntur officiales sunt, non officiales tam scholastici, id est advocati[3]), quam exceptores. Advocati enim ex publico salarium vel, ut huius aetatis loquendi usum sequamur, annonam nullo tempore accipiebant, nec magis hac quidem aetate accipiebant exceptores[4]);

---

[1]) Athalaricus apud Cassiodorium var. 9, 14: *si vestra conveniunt decreta pulsatos, tantum commodi percipiat executor, quantum gloriosus domnus avus noster pro honoribus personarum debere saiones accipere expressa quantitate constituit: commodum enim esse debet cum modo.* Sportularum vocabulum post Iuliani tempora demum ita coeptum videtur esse usurpari.

[2]) *obses* ? /// *liminis* codex secundum Kruegerum (in actis maioribus acad. Berol. a. 1879 p. 20); supplevi ita ut significetur princeps a litigatore propter ingressum ad praesidem sportulas exigens. Mox *et* post *distrahuntur* sustuli.

[3]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 162.

[4]) C. Th. 8, 7, 17 anni 385: *Exceptores omnes iudicibus obsequentes qui nec militiam sustinent neque a fisco ullas consequuntur annonas . . . navare coeptis operam etiamsi decuriones sint minime prohibemus.* Mox condicionem mutarunt enumerati iam in Notitia Dignitatum inter officiales. Ita rem explicat Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 154, fortasse recte. Videndum tamen, annon in iudiciis duo fuerint genera exceptorum, alterum occupatum in actis publicis et admissum ad annonas, alterum quod partibus quae eorum intererat habere ex actis suppeditaret mercede accepta; si ita erat, hoc loco hoc intellegitur.

sed utrique pariter atque officialium scrinia ad certum numerum publice creati et disciplinae praesidis similiter subiecti recte officialibus adiunguntur. Ita in lege a. 344 derecta ad vicarium Africae (C. Th. 8, 10, 2) sic est: *praeter sollemnes et canonicas pensitationes multa a provincialibus Afris indignissime postulantur ab officialibus et scholasticis.* Commoda autem litis cum a partibus tam exceptoribus et advocatis praestentur quam officialibus quibusdam, de utrisque similiter edici potuit. — Officialium quatenus memorantur ordo convenit cum forma, quam proponit Notitia dignitatum (supra p. 634).

Advocatorum honoraria dudum ante haec tempora legitime admissa esse notum est; apparitoribus ut partes pro opera quiddam solverent adhuc statuerunt viri docti medio demum saeculo quinto receptum esse[1]). Iam vero non solum discimus aliquas eiusmodi praestationes certe saeculo quarto medio legitime obtinuisse, sed etiam quaenam eae fuerint aliquatenus intellegimus.

Causa sportularum diversa est; scilicet tria capita officii, item officialis executor remunerationem accipiunt pro eo quod mittunt mittunturve, contra scholasticus exceptor libellensis eo nomine quod operam navant orans ille, hi scribentes.

Prius sportularum genus quamquam sine dubio ad omnia itinera pertinuit officiali praesidis propter litem privatam intra vel extra civitatem iniuncta, id quod multis ex causis evenire potest, duas res potissimum complectitur, petitionem reo insinuandam[2]) et appellationem ad iudicem maiorem imperatoremve transmittendam; hanc adeo aperte significant quae leguntur v. 20 de officiali mittendo trans mare[3]). Res autem ita perficitur, ut princeps executorem aliquo ire iubeat; nam *nemo officialium,* imperatores aiunt[4]), *in munus aliquod nisi principe imperante mittatur.* Cornicularius quoque ut post principem secundus est, ita in executore mittendo eius aliquae partes esse potuerunt[5]). Contra de commentariensi aliter videtur statuendum esse, cum causas civiles, de quibus hic agitur, is non tractet[6]). Omnino spor-

---

[1]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 1 p. 159. 3 p. 200. Quod tradi solet Constantinum Magnum sportulas omnes vetuisse, ex constitutione a. 331 C. Th. 1, 16, 7 non recte effecerunt; nam etsi apparitori eo tempore non licuit pecuniam exigere pro ingressu ad praesidem nec magis propter tradendam sententiam a praeside datam, inde non sequitur nullas omnino sportulas eo tempore exactas esse. Neutrum sportularum genus Iuliani aetate licitum fuisse ex hoc edicto iure colligemus; postea utrumque admissum est.

[2]) Res nota. Bethmann-Hollweg 3 p. 201.

[3]) C. Th. 11, 30, 29 a. 362 ad vicarium urbis: *appellationes . . . cum refutatoriis precibus . . . ad nostrum comitatum mittantur strenuo videlicet officiali ex his qui tibi parent ad hanc sollicitudinem electo, ita ut . . dies quo gerulis gesta tradantur fideliter designetur.* Cf. l. 31 eiusdem tituli et 8, 11, 4.

[4]) C. Th. 6, 28, 1 a. 379. Idem constituitur l. 3. 4.

[5]) Bethmann-Hollweg l. c. p. 145.

[6]) Idem l. c. p. 147.

tulae tribus his officii primatibus[1]) magis solvuntur propter locum quem tenent quam propter operam quam impendunt. — Ad hos accedit executor ipse (v. 48 seq.). — Sportulae autem sic dividuntur, ut pro simplici itinere facto intra civitatem, in qua iudicium redditur, principi solvatur pretium modiorum tritici quinque, corniculario pretium modiorum duorum semis, commentariensi tantundem, executori modiorum duorum. Augentur sportulae pariter atque itineris spatia crescunt, ut per dena milia bini modii principi, singuli corniculario et commentariensi adiciantur; denique pro itinere trans mare suscepto princeps centum modios accipiat, duo primates sequentes dimidium. Executori quoque simile augmentum attributum esse aucto labore verisimile est, sed id caput aut neglegenter omissum est aut legebatur in lapide alio hodie deperdito. — Haec utilissima sunt ad sportularum litis primordia cognoscenda; adhuc quae de ea re habebamus commodorum quidem maxime principis mentionem iniciunt[2]) et hoc quoque monstrant sportulas inter diversa officialium genera distributa esse[3]), sed accurata et plena rei notitia destituebamur, quoniam quae de sportulis postea latae sunt leges potiores perierunt. Quod postea obtinuit, ut ad litis summam sportulae crescerent, exempli causa ut ad centum solidos usque dimidium solidum executor acciperet, propter maiorem summam sportulas maiores[4]), Iuliani tempore apparet nondum receptum fuisse.

Scholasticis sive advocatis et exceptoribus, item pro charta quae solvenda sunt, pendent a genere actionis; distinguuntur enim tria *postulatio simplex* (v. 26 et fortasse v. 42) sive *postulatio* nude (v. 34); *contradictio* (v. 29. 37. 43); accedit in scholastico (causa) *in urguenti quae finienda sit* (v. 31), in exceptore et chartario nomine *causa definita* (v. 31) sive *definitum negotium* (v. 44).

Postulationem simplicem[5]) quod ita videmus fieri apud acta (id enim

[1]) Similiter secundum legem a. 409 C. Th. 16, 5, 46 officium iudicis (id est praesidis) plectitur viginti libris auri *punitis tribus primatibus*. Cf. Cod. Iust. 1, 51, 8. 12, 19, 2. 12, 59, 10 pr.

[2]) Gothofredus ad C. Th. 6, 28, 3.

[3]) Perturbata sunt ut reliqua omnia eius etiam quae de sportulis tradit Iohannes Lydus de mag. 3, 24. Secundum eum pertinet ad principem ἡ τῶν μονομερῶν ἐντυχιῶν εἰσαγωγή, quibus ex sportulis corniculario singulis mensibus singulas auri libras solvit, item reliquis officialibus quibus in eas ius est partes suas tribuit (πᾶσι τοῖς ἐκ τάξεως κατὰ συνήθειαν λαμβάνουσι μοῖράν τινα τῶν πόρων .. διδόναι τὰ εἰωθότα). Cornicularii autem est μετὰ τὴν ἐκ τοῦ βαθμοῦ καὶ τῶν ἄλλων κερδῶν προνομίαν τὸ πληροῦν δι᾽ οἰκείας ὑποσημειώσεως τὰ πραττόμενα, unde redigere solet mille libras auri annuas. Haec narratio ut distributionis sportularum inter officiales aliquam notitiam suppeditat, ita a nostro edicto non tempore solum, sed re quoque abhorret; spectat enim ad officium praefecti praetorio et ad commoda non litium sola, sed alia quoque diversa.

[4]) Theophilus inst. 4, 6, 24.

[5]) *Postulatio simplex* legitur etiam in constitutione Severi (Cod. Iust. 3, 9, 1): *res in iudicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit vel actionis species ante iudicium reo cognita. inter litem enim contestatam et editam actionem permultum interest: lex enim tunc videtur contestata, cum iudex per narrationem negotii*

ostendit exceptoris chartaeque commemoratio), convenit cum iure ea aetate recepto. *Denuntiari*, constitutio ait Constantini magni [1]), *vel apud provinciarum rectores vel apud eos quibus actorum conficiendorum ius est decernimus, ne privata testatio ... falsam fidem rebus non gestis adfingat.* Postulatio sive litis denuntiatio utrum fiat partibus praesentibus an absente reo, viri docti ambigunt [2]); hoc edictum cum propter postulationem honorarium solvi iubeat non advocato, sed advocatis, illi sententiae magis favet, quamquam verum est, cum partibus liceret plures causidicos advocare, etiam alteram opinionem cum plurali numero posse conciliari. In postulatione quod advocati actoris partes necessario potiores fuerunt, reus adesse potuit aut tacente advocato ipsius aut adeo sine advocato, id non impedit, quominus advocato rei, si adfuit, in idem honorarium ius sit atque actoris; nam magis temporis respectu quam operae honorarium aestimatum esse consentaneum est. Gesta cum sollemniter duobus exemplaribus fierent, quorum alterum actori traderetur, alterum reo, pluralis in exceptores quoque recte quadrat.

Contradictione [3]) apparet comprehendi quae defensionis causa reus item apud acta edit. Similiter in edicto Diocletiani de pretiis rerum c. 7, 12. 13 praestantur *advocato sive iuris perito mercedis in postulatione (denarii) CCL, in cognitione denarii mille*, neque enim nisi nomine differunt contradictio et cognitio. Ut secundum Diocletianum advocatus propter cognitionem quadruplum accipit eius summae, quae postulationis causa exigitur, ita ex edicto consularis Numidiae advocatus propter contradictionem duplum (5 : 10), exceptor plus duplo (5 : 12) accipit eius quod datur propter postulationem; chartae autem requiruntur in illa singulae, in hac quaternae. In contradictione cum advocati rei partes potiores sint, nihilo minus propter eandem quam supra tetigi causam actoris advocatus idem honorarium accipit.

Causa in urguenti finienda cum ipsa interpretationem non requirat, quaenam eae causae fuerint, edictum non significat; sed cum propter eas semel tantum advocato retributio detur summis auctis (scilicet pro modiis 5 + 10 accipit m. 15), verisimile est in his postulationem et contradictionem ita coniungi, ut una audientia lis finiatur.

Definita causa quid significet, ambigi potest; nam etsi in promptu est intellegi sententiam a praeside latam, id quominus admittamus plura obstant. Primum non video, cur, si de sententia Mariscianus cogitavit, sollemne voca-

---

causam audire coeperit aliaque Leonis Zenonisque (Cod. Iust. 12, 25, 4, 2) et Zenonis (Cod. Iust. 12, 21, 8, 4); etiam μονομερὴς ἐντυχία Lydi (vide p. 638 n. 3) eadem esse potest. Illa quid significet disputat Wiedingius *der justinianische Libellprocess* p. 197. 209. Hoc edictum cum requirat quod simplici postulationi opponatur et vere praeter hanc alteram postulationem habeat, scilicet comprehensam causa in urguenti finienda, verisimile est hanc postulationem simplici opponi.

[1]) C. Th. 2, 4, 2. Bethmann-Hollweg l. c. 3 p. 235.

[2]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 235.

[3]) *Contradictorii libelli* memorantur in constitutione a. 400 (C. Th. 2, 14, 1); *narrationem propositam et contradictionem obiectam* habet alia a. 530 (C. Iust. 3, 1, 14, 4).

bulum evitarit et bis aliud posuerit non admodum obvium [1]. Nec magis perspicio, cum quae pro tribunali in postulatione et contradictione gesta sunt, partes antea iam ab exceptoribus descripta acceperint, quomodo ob sententiam solam, ut admittamus huius quoque describendae sumptum ad litigatores pertinuisse, impensae tantae exigi potuerint, quantas edictum ponit. Sed omnium maxime me movet, quod ita in edicto plane desideratur, quid exceptori pro labore chartaque solvendum sit in causa urgenti. Quam ob rem crediderim verbis v. 39 *in definita causa* similibusque v. 44 respici ad ea quae praecedunt v. 31 *in urguenti quae finienda sit* et supplendum esse cogitatione id quod est *in urguenti*. Ita et defectus recte expletur et summae aptae efficiuntur; nam ut advocato in causa urguenti tantumdem datur quantum accipit propter postulationem contradictionemque, ita exceptori pro modiis quinque et duodecim solvuntur modii viginti chartaeque ei attribuuntur pro una et quattuor sex. Sententiae exemplaria ea aetate crediderim confecta esse sumptibus publicis; sane advocatorum honoraria et gestorum partium causa describendorum impensae magis proprie ad partes pertinent quam sumptus sententiae gratis redditae itaque meliore aetate etiam publico nomine gratis perscriptae.

De officio advocatorum exceptorumque causa nulla est cur hoc loco agamus. Chartam apparet exceptores litigantibus [2] ita suppeditavisse, ut earum quoque praeter operae pretium exigerent; quo iure ne abuterentur, edictum chartarum quae ad tria iudiciorum genera sufficerent numerum definit. Eius consuetudinis Lydus quoque meminit de mag. 3, 14, ita tamen, ut meliore aetate neget officiales miserabilia haec curavisse, immo lucidissimam chartam gratis suppeditavisse (*τοὺς πάντων διειδεστάτους χάρτας ἐπὶ τοῖς πραττομένοις ἀναλίσκεσθαι, ἀναλόγως ἐμπρεπόντων τοῖς κύτεσι τῶν γραφέων*); iam vero non solum chartae pretium a litigatoribus exigere officiales (*χάρτην ἀπαιτεῖν οἱ τῆς τάξεως ὑπομένουσι τοὺς πράττοντας*) neque erubescere ipsos egenos factos

---

1) C. Th. 1, 6, 2. 1, 27 fin. 1, 29, 5 pr. 10, 1, 13.

2) Chartam quae ad publicos usus requireretur cum hac, quam exceptores litigantibus privatis suppeditant, cave confundas. Illam ex antiqua ordinatione officiales quibus ea opus erat suis sumptibus videntur comparasse, ut aut propter id onus certam summam acciperent aut, quod magis crediderim, respectu sumptuum his officialibus merces congruenter aucta attribueretur. Ita beneficii causa si qua pecunia publica sic ad praesidem pervenisset, ut libere de ea disponeret, poterat *chartiaticum quibusdam officialibus inde subscribere* (Dig. 48, 20, 6), id est beneficii causa eam ad chartam inde comparandam officialibus erogare. Posteriore aetate eo nomine officiales sportulas ab iis exigere solebant, quorum causa maxime acta publica fierent; ita in lege imp. Anastasii (Z. a Lingenthal in actis acad. Berol. minoribus a. 1879 p. 134 seq.) numerario et primiscrinio officii ducis Libyae singula castra militum castrensianorum λόγῳ χαρτατικῶν numerare iubentur annuos solidos VI, numeri alii ab eo onere immunes esse (pag. 1 v. 16—18, pag. 3 v. 20—23). Similiter Nicephorus Logotheta tributa ita auxit, ut ad singulos solidos ὑπὲρ χαρτιατικοῦ adicerentur siliquae binae (Theophanes ad a. m. 6302; Zonaras 15, 14; Z. a Lingenthal in parte III iuris Graeco-Rom. sive Novellis p. 386 seq.).

minutas sportulas flagitare (*χαλκὸν κάρτα μέτριον καὶ αἰσχρὸν εἰσπράττουσιν ἐξ ἀκερμίας*), sed etiam chartam pessimam praebere (*χόρτον* — fenum — *ἀντὶ χάρτου γράμματι φαύλοις καὶ πενίαν ἔχουσιν ἐκδιδοῦσι*). Eiulanti exceptori qui fuit et temporis acti vel potius sportularum exactarum laudatori ne fidem habeas, edictum Marisciani ostendit per duo certe saecula ante cantilenas illas scriptas chartarum partibus traditarum ab exceptoribus pretium exactum esse. — *Chartae maiores* ut hoc loco certum genus significant, ita apud Martialem 14, 10. 11 inter alia quae ibi alternant meliora et viliora duo quoque genera chartarum iuxta ponuntur *maiores* et *epistulares*. Latitudo paginae cum in papyris ita differat, ut duo genera sola per eam effici nequeant, papyri autem quae supersunt altae sint aut cent. 20—25 aut cent. 30—35 [1]), recte appellabuntur minores illae, hae maiores. In generibus pretiisque papyrorum quamquam auctores ad latitudinem solam attendunt, ratio requirit, ut altitudinis quoque diversitas tam ad vocabula quam ad pretia non minus pertinuerit.

Venimus ad libellos. Libellensis cum idem et subscribendarius appelletur et regerendarius [2]), omnino id potissimum curat, ut libellis quos privati magistratui tradunt subscribat se eos accepisse die illo; et convenit modica duorum modiorum in uno libello retributio. Hoc cave statuas qui haec scripsit iudiciorum eum duo genera distinguere voluisse, alterum per postulationem, quae verbis fit apud acta orante advocato, scribente exceptore, alterum per libellum scriptum a privato praesidi exhibitum et a libellensi subscriptum. Nam hanc iudicii ordinandi formam cum constet Iustiniani tempore obtinuisse [3]), ad Iuliani aetatem num adscendat admodum dubium est, et edictum id ut statuamus nullo modo cogit. Sane Mariscianus vix cogitavit de libellis in universum praesidi exhibitis, sed hoc quoque caput ut reliqua omnia ad lites privatas pertinet; at etiam secundum vetustiorem formam earum non raro libelli offeruntur praesidi, ut appellatorii et refutatorii, neque quicquam impedit, quominus de his auctor edicti cogitarit.

Restat sportularum definitio non pecuniaria, sed frumentaria, primo adspectu mira nec rediens quod sciam in ullo documento simili, sed rerum condicioni quae tum fuit legibusque plane conveniens. Postquam labente

---

[1]) Birt *das antike Buchwesen* p. 272. Idem vir doctus opportune admonuit me epigrammatum Martialis supra adlegatorum, de quibus ipse egit l. c. p. 74.

[2]) Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 153. Is non video cur fidem neget Notitiae dignitatum Or. 37, 50 duci Arabiae attribuenti *a libellis sive regerendarium;* accedit quod nulli magistratui Notitia tribuit tam libellensem quam regerendarium, sed ubi hunc ponit, id quod facit in praefectis praetorio et urbis et in magistris militum, ducibus, comitibus partium Occidentis, ibi deficit qui est a libellis.

[3]) Bethmann-Hollweg l. c. p. 198. 243. Illo loco quae adlegantur ex aetate anteriore exempla, vix recte huc trahuntur; exempli causa constitutio a. 412 C. Th. 13, 10, 6 = C. Iust. 11, 6, 5 cognitores memorans *libelli datione vel planaria interpellatione commonitos*, non agit de lite privata, sed de publico aliquo iudicio ob navem submersam.

aevo pecunia publica ex argentea aerea facta est nec denarius iam quid et adeo an valeret quisquam amplius norat, eius mali duo remedia invenit Diocletianus pecuniae re abolitae substituens modo pondus auri argentive, modo modium frumenti [1]). Scilicet ab eo inde tempore in publicis reditibus et largitionibus regnare incipiunt librae auri vel argenti, quae re ipsa multo latius patent quam vocabula perveniunt; nam solidus quoque et argenteus verus eius saeculi non sua forma valent, sed ad libram appenduntur et expenduntur [2]). In stipendiis autem et mercedibus publice solvendis altero praeterea remedio imperatores usi sunt, ut militi omnis ordinis quidquid debebat tam aerarium quam publico nomine privatus, non ad denarium determinaretur, sed ad annonam et capitum, id est ad frumentum et fenum. Id cum ipsum non ignorent ii certe qui huius saeculi instituta discere maluerunt quam aspernari, tam late rem patuisse, ut ex ipsis privatorum sportulis pecunia tolleretur, sane novum est et scitu omnino dignum [3]). Tempore quoque inter documenta, quae frumentum pecuniae loco subditum esse ostendunt, nullum quod sciam superest quod hoc edictum praecedat, videmurque accuratam imaginem hic tenere observantiae annonariae, qualem Diocletianus Constantinusque instituerunt. Scilicet eligit is cui solvendum est, utrum ipsum frumentum sibi dari velit an frumenti pretium, id nimirum, quo frumentum tempore solutionis Romae in foro rerum venalium aestimabatur [4]). Nam a foro eo pretii determinationem vel, ut proprio huius saeculi vocabulo utar, adaerationem pependisse leges complures ostendunt [5]). Valentinianus et Valens, moti opinor eo quod ita stipendium singulis militibus officialibusque solvendum quotidie mutabatur et annonae urbanae vi-

---

[1]) Sciscitanti mihi per Boeckhium nostrum, annon apud Francogallos moneta vera per turbas eorum civiles pariter sublata similes dispositiones aliquamdiu obtinuerint, M. Block hodie Parisiis degens respondit vere per aliquod tempus salaria ad frumentum numerata esse, citans inter alia constitutionis anni III c. 173: *Le traitement de chacun d'eux* (agitur de quinqueviris rei publicae administrandae) *est fixé, pour chaque année, à la valeur de cinquante mille myriagrammes de froment.*

[2]) *Röm. Münzwesen* p. 835.

[3]) *Die Vortheile*, ait Bethmann-Hollweg *Civilprocess* 3 p. 140, *die die Officialen der Magistrate für ihre Bemühungen zogen, bestanden theils in öffentlicher Besoldung, das heifst in zu Gelde angeschlagenen Naturalien* (annona *und* capitus), *theils in sehr bedeutenden Sporteln.* Illud verum est; iam autem apparet sportulas quoque aliquamdiu eodem modo persolutas esse.

[4]) Neque in hoc edicto neque in altero Diocletiani de pretiis rerum (c. 1, 1) frumento determinatio adicitur, sed unum pretium apponitur. Itaque intellegitur frumentum mediae, non eximiae bonitatis.

[5]) C. Th. 7, 4, 10 a. 364: *Protectores fori rerum venalium iuxta veteris moris observantiam in annonarum suarum commoda pretia consequantur* (ubi iunge *fori pretia*). L. 32 eod. a. 412: *per cornicularium cuiuscumque provincialis officii hanc sollicitudinem impleri conveniat, ita ut . . . aurum ex titulo manifesto eidem delegatum . . . suscipiat, etiam pretium his qui adaerare voluerint depensurus iuxta nundinationem, quae aut foro rerum venalium continetur aut amplissimae praefecturae est culmini deputata.* Similiter ibidem l. 28. 36 et 8, 4, 19.

cissitudines hoc modo ad universas provincias propagabantur, generali lege militum gregalium annonas capitusque ita adaerarunt, ut vere ad pecuniam rursus redigerentur[1]); id quod ad sportulas quoque pervenisse credibile est. Eae autem annonae, quae maioris gradus militibus praesidibusque solvebantur, vetusto more, scilicet ad pretia fori urbani[2]), adaerabantur usque ad Theodosium secundum. *Omnibus*, edixit is a. 439[3]), *tam viris spectabilibus quam viris clarissimis qui per provinciam sive militarem sive civilem administrationem gerunt . . . in praebendis solaciis annonarum hic fixus ac stabilis servabitur modus, ut ea pro annonis et capitu dignitati suae debitis pretia consequantur, quae particularibus delegationibus solent contineri.* Ab eo inde tempore *delegationibus particularibus*, scilicet formis ad singulas provincias derectis, unicuique magistratui officialive non solum certus numerus annonarum et capituum adscribi coeptus est, sed item eorum adaeratio solidis expressa[4]); id est restituta interim moneta iam universa administratio retentis vocabulis re ad solutionem pecuniariam rediit frumentaria sublata. Haec qui recte intellexit, dico adfrumentationem (si venia est verbo) pecuniae et rursus adaerationem frumenti, simul monetae Romanae et ruinam et restitutionem animo comprehendet.

Modii ubi primum nominantur, significatur intellegi Italicos; nam *Italic*[*os*] *tritici modios* in lapide fuisse, non, ut proposuit Schmidtius noster, *Italic*[*i*], efficitur ex constitutione a. 445 (nov. Valent. III tit. 18, 4): *iubemus inferri . . tritici ad singulos solidos Italicos modios XL et carnis pondo CCLXX, vini sextarios CC.* Neque adiectio abundat; nam praeter vulgarem apud Romanos hac aetate castrensem modium in usu fuisse ostendit edictum Diocletiani non semel ad eum pretium determinans. Italicum

---

[1]) C. Th. 7, 4, 22. 23: 29. 36. Haec lex anni 424 optime illustrat statum diversum qui tum obtinuit adaerationis in militibus et in praesidibus ducibusque: annonae quae a dignitate non pendent adaerantur secundum formam perpetuam annonarum universis militibus sollemniter attributarum, eae autem quae a dignitate pendent adaerantur secundum pretia fori rerum venalium. Unde item intellegitur cur protectoribus (C. Th. 7, 4, 10 a. 364) et primipilaribus (C. Th, 8, 4, 19 a. 396) ius tribuatur annonarum ad pretia fori urbani adaerandarum; scilicet exaequantur ita dignitatibus.

[2]) Abusum, ut pro certo numero capituum certum pondus auri exigeretur, modo pro CXX, modo pro LX, modo pro XIII capitibus solidi singuli, reprimit constitutio a. 412 C. Th. 7, 4, 32.

[3]) C. Iust. 1, 52, 1. Post *clarissimis* delevi vocabulum *iudicibus*.

[4]) De his documentis optime exposuit Paulus Krueger *Kritik des justinianischen Codex* p. 150 seq.; sed quae de vicibus generibusque adaerationis scripsit, mihi non probavit. In formis relatis in codicem Iustinianum annonae singulae quinis solidis aestimari solent; at in constitutione Valentiniani III de Numidia et Mauretania Sitifensi (novell. Valent. III tit. 18 c. 3) quaternis, nec dubium est secundum tempora et loca adaerationem diverso modo factam esse. In edicto Iustiniani de duce limitis Libyae (edict. 13 = const. 96 ed. Lingenthalianae c. 18 pr.) distinguuntur annonae et capitus ἐν εἴδει et ἐν χρυσῷ et diversa ratione utrique adaerantur; sed cum summae proponantur coniunctae, de taxationis modo parum liquet, neque ipsa diversitas satis elucidata est.

autem modium eum esse, qui apud Romanos generaliter obtinuit, periti omnes norunt[1]).

Sportularum taxationem ipsam aestimare arduum est, nec inter nostri commentarii fines ea res continetur. Diocletianus in edicto de pretiis rerum venalium operario rustico pasto solvi iubet diurnos denarios XXV[2]), advocato, ut supra vidimus, pro postulatione denarios CCXXV; idem speltae mundae, cuius pretium probabile est a frumenti non multum recessisse, castrensem modium, qui videtur aequare modios vulgares duos, emi iubet denariis C. Hi numeri cum taxationibus Africanis comparari poterunt. Comparari item potest, quod collega optimus Richardus Boeckh quaerenti respondit, modium Italicum (= litr. 8. 75) ut aestimes nostra pecunia marca 1. 94 ad 1. 31[3]), pro postulatione advocato solutas esse m. 9. 69 ad 6. 56. E contrario quod modo memoravimus in constitutione anni 445 tritici modios XL solido aequiparari, si ad haec referre licebit, solidus (pendens gr. 4. 55) cum faciat fere pecuniae nostrae marcas 12. 7, pro postulatione soluta est marca fere una cum dimidia. Quod significat Ammianus (28, 1, 18) in narrandis rebus gestis in Africa a. 368 modium tritici in vilitate emi solidi parte tricesima, in caritate solidi parte decima, eo parum adiuvamur; fit autem pretium quinque modiorum secundum illam computationem marcarum fere duarum, secundum hanc marcarum circiter sex.

---

[1]) Errat Doerpfeldius (*Mitth. des arch. Inst. in Athen* vol. 8 p. 352) censens Italicum pedem, eum scilicet quem auctores aetatis imperatoriae maxime Graeci eo nomine appellant, differre a Romano. Africanus περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ex recensione Duchesnii (*mémoires sur une mission au mont Athos* p. 185) cum ait: τῇ Ἀττικῇ (δραχμῇ) χρηστέον . . ἐπείπερ ἰσοδύναμός ἐστιν καὶ ἰσοστάσιος τῇ Ἰταλικῇ, ἣ καλεῖται δηνάριον, vix cogitavit de stateribus Campanis.

[2]) Operarius rusticus hodie in Italia in provincia Comensi accipere solet aestate liras 2, hieme liras 1.50 diurnas. Apud nostrates operae rusticae raro ad marcas singulas diurnas adscendunt.

[3]) *Der Preis des Doppelcentners schweren Weizens,* scribit Boeckhius, *schwankte 1875 bis 1881 in Berlin zwischen 18.28 und 26.68 Mark; nimmt man für das Gewicht des Hektoliters durchschnittlich 83 Kilogramm, so ergiebt sich für den Modius ein Preis von 1.31 bis 1.94 Mark. Nach den mir von der statistischen Generaldirection in Rom gefälligst mitgetheilten Angaben schwankte in denselben Jahren der Hektoliter Weizen* (frumento gentile) *in Verona zwischen 26.17 und 19.25, in Florenz zwischen 30.08 und 22.84 Lire Gold; danach stellt sich für den Modius der Preis nach den Veroneser Ansätzen zwischen 2.29 und 1.66, nach den Florentiner zwischen 2.63 und 1.97 Lire Gold oder dort zwischen 1.85 und 1.34, hier zwischen 2.12 und 1.68 Mark.*

ADDITAMENTVM AD OBS. XXXV

(supra p. 121)

DE PROTECTORIBVS AVGVSTI.

In laterculo quem dedi p. 121 seq. protectorum Augusti ad n. 4 addi debuit supplevisse Borghesium opp. 8 p. 138 [*Maxen*]*ti Aug*. Sed praefero supplementum inventum a Bormanno.

In adnotatione ad n. 28 p. 123 signa duo ⳨ et ☧ errore permutata sunt legendumque: monogramma sic formatum ⳨ (non forma Treveris vulgari ☧) frequentari coeptum a medio saeculo V.

Addendi sunt ad laterculum eum tituli hi:

54. Fl. Gaudentius v(ir) d(evotissimus) p(ro)t(ector) l(ateris) d(ivini) et Honorata coniux d(e)p(osi)t(a) n(onis) Sept(embribus). — Romae ad viam Salariam rep. non loco antiquo. Edidit lapide expressum Rossius noster *bull. della comm. arch. munic.* 1 (1873) p. 51 tab. 3, item *bullettino cristiano* a. 1873 p. 32. Titulus, cuius idem amicus me admonuit, cum sit saeculi fere quarti, notabile est plenam vocabuli formam etiamtum reperiri (v. p. 126).

55. Fl. Iulianus ex pro[t]ectore et ex praepositis. — Salonis arca rep. a. 1880. Glavinic *bull. Dalmato* 6 (1883) p. 83 (inde Frankfurter apud Hirschfeldium *arch.-epigr. Mitth.* 8 p. 117). Traditur PRORECTORE. Mira est numerorum inconstantia, cum pariter scribi potuerit aut *ex protectoribus et ex praepositis* aut *ex protectore et ex praeposito*.

Commemorari item debuit titulus urbanus adservatus in museo Vaticano (Mur. 372, 1 = Borghesi opp. 8 p. 409), iam mea causa recognitus ab Huelseno, qui ectypum misit, hic:

miravili benignitate . . . . | adquae innocentia cum . . . . | M. Aur. Val. Surule Antonin . . . | Iulius Iason maritus et Val. . . . [protector] | d. n. Maxenti Aug. et Val. Antoni . . . .

quamquam neque tituli tenor satis elucidatus est nec certum quod supra posui supplementum a Borghesio (l. c. p. 438) commendatum.

Calami error quod p. 127 v. ultimo Severum posui pro Philippo vel Decio peritum non morabitur.

Ad domesticos, quos composui p. 141, accedunt quos papyri Ravennates (quarum admonuit collega Brunnerus) saec. sexti septimique nominant certis numeris adscriptos, ut in n. XCII Marinii nominatur *Iohannes dom(esti)c(us) num. Dac(orum?)* (in fine scribitur *diac.*); n. CIX *Sergius domestic(us) num(eri) Armeniorum;* n. CX *...tinus v. c. dom(esticus) num(eri) fel(icium) Let(orum?);* n. CXI *Apolenaris v. c. dom(esti)c(us) num(eri) inv(ictorum).*

MANTISSA AFRICANORVM.

Africanus reliquiarum vetustatis fons perpetuo scaturriens quamquam per paucos menses, qui intercesserunt inter commentarium additamentorum huiusce fasciculi typis absolutum et absolutum ipsum fasciculum, alia quoque protulit nova non spernenda, unum solum inventorum nuper hoc loco extra ordinem inseri placuit, cum ad quaestionem supra p. 280 tractatam nova subsidia afferat. Accedunt quaedam quae sero vidimus in ipsis additamentis vel corrigenda esse vel iis adicienda.

SVFETVLA (*Sbîtla* supra p. 271. 567).

1472 ad Eph. V n. 1321. Repetitur ad eiusdem auctoris exemplum *bull. de corr. afric.* a. 1884 p. 311 et *comptes-rendus de l'acad.* XII a. 1884 p. 256, ubi lapis dicitur altus esse m. 1,07, latus 0,50, litt. 0,05 et emendatius eduntur haec: 1 seqq. M · ANNIO · VERO

CAESARI

IMP · CAESARI*s*

1 fin. O littera inserta est praecedenti, item 8 fin. G littera elemento V.

ZAMA MAIOR (*Djiamâa*).

1473 [Djiamâa in valle fluvii Siliana inter sept. et orientem a monte Djebel Massûdsch [a vico quem in tabula huic fasciculo adiecta reperies Gasr el-Hadìd distat Djiamâa occidentem versus chil. c. XV], cui loco propter similitudinem vocabuli Zamam antiquam attribuit in mappa a. 1857 edita Tricot de Sainte Marie, et hic titulus prostat et arcuati operis reliquiae, columnae, cisternae, alia multa Romanae aetatis vestigia. Est ibidem fons uberrimus inter rupes scaturriens (*une source abondante, très-encaissée, entourée de murs, dont la partie inférieure a été récemment réparée par les indigènes*).

. . . .

colonia AVG · ZAM · M*a*

*iOr d*EVOTA NVMI*ni*

*maie*STATIQVE *eiu*S

d. d. P · *p.*

Poinssot descripsit ad ectypum, quod misit Letaille, et mecum communicavit; edidit Héron de Villefosse *revue critique* 4 Aug. 1884.

1 fin. post punctum quae cernitur littera fracta aut M fuit aut A. — Supplevit Poinssotius. — Fuerunt igitur vere Zamae duae, colonia utraque neque ita multum altera ab altera distans, a Naraggara autem ambae longe re-

motae. *Ζάμα μείζων* quae a Ptolemaeo (4, 3, 33) collocatur post Mustim et Themisuam nescio quam, hanc esse apparet, vere a Musti propius remotam quam remota est altera. *Colonia Aelia Hadriana Augusta Zama regia* utra earum fuerit, adhuc quaeritur; nam alia argumenta huic, alia illi patrocinantur, et in summa re quaestio non tanti momenti est, cum oppida duo non admodum longe distant. Mihi Zamae Djiamâa magis ius in clarum nomen videtur esse. Nam quamvis de perturbatione, quam itinerarium hoc loco subiit, iam etiam magis constet, quod ibi X m. p. ab Assuribus collocatur Zama Regia, id in Djiamâa vicum aliquatenus convenit, quamquam XX minimum milia passuum inter eum et Assures intercedunt. Th. M.]

Hr. Bîr el-Akmin (supra p. 288).

1474 ad Eph. V n. 307. De collegio funeraticio illic me falso cogitasse mox intellexi.

MEMBRESSA (supra p. 345).

1475 ad Eph. V n. 528. Codicis Iustin. locus a Villefossio laudatus est 7, 65, 5 (non 8, 65, 5); cf. cod. Theod. l. 37 *de appellationibus* (XI, 30), l. 23 *quorum appellationes* (XI, 36), etiam l. 24. l. 25.

CIVITAS LAMBAESITANA (supra p. 406).

1476 ad Eph. V n. 736. Spectat ad C. n. 2949, non ad 2924.

1477 in lapide alto m. 0,86, lato 0,40, litt. 0,03; rep. Lambaesi in foro *près du grand temple.*

CoNSTANTINE
TVOS SIC SEMPER
MACTE I////OS
CERNIMVS AVGG
MALIS ET PACE
POTIMVR
CLARET IN EK CO
LVO SESE PROVIN
CIA MONSTRAT
M// PO\// ILLE
CRVCES ET PROE
LIA SAEVA TYRNN

Poulle *rec. de Const.* XXII p. 395 n. 158.

Refero quae edita sunt. Lapis quamvis denuo examinetur oporteat, tamen titulum insignem ne nunc quidem omittere satius duxi.

THVBVRSICVM NVMIDARVM (supra p. 421).

1478 ad fals. n. 7*. [Vereor ne titulus interpolatus magis sit quam confictus. Nam Hiempsalem regem quamquam aequales sic Latine honorare non potuerunt, iam crediderim huc pertinere quod legitur apud Cyprianum (quod idola dii non sint c. 2): *Mauri manifeste reges suos colunt nec ullo velamento hoc nomen obtexunt* et Tertullianum (apolog. 24): *Mauretaniae (dii sunt) reguli sui,* auctores Africanos ambos. Denique qui Tupusuctu inventus est titulus n. 8834: *Iemsali L. Percenius L. f. Stel. Rogatus v.* [*s. l. a.*], nequaquam ad deum cognominem spectat, sed ad ipsum regem pro numine cultum, potestque oppidum illud ea aetate regni Hiempsalis pars fuisse. Th. M.]

Hr. Sûk el-Khemîs (supra p. 560).

1479 ad Eph. V n. 1299. Dedicantes redire VIII, 9052 vidit Dessavius. Sunt igitur nomina haec: *L. Cass*[*ius Restu*]*tus,* [*clo*]DIA *Luciosa.* Ceterum cum alter civis Auziensis C. n. 9047 redeat in add. n. 1300, recte videtur idem Dessavius coniecisse titulos add. 1299—1301 omnes ad Auziam pertinere.

Io. Schmidt.

PRIVILEGIVM MILI

(supra

LXXIX. DOMITIA

a. 90 d. Oct. 27.

Tabulae longae sunt mill. 203, altae mill. 160—162; in posteriore extrinsecus cernuntur vestigia lamellarum aenearum longarum mill. 140, distantium mill. 24, adferruminatarum ad signacula defendenda. Rep. ad Mogontiacum,

intus: tabella prior

IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS AVGVS
TVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC
POTESTAT · X̄ · IMP · X̄X̄Ī CENSOR PERPETVVS
COS X̄V̄ PATER PATRIAE
EQVITIBVS QVI · MILITANT · IN ALIS QVATTVOR Ī
FLAVIA · GEMINA · Ī · CANNENEFATIVM · I SINGVLARIVM · SCVBV
LORVM · ET PEDITIBVS ET EQVITIBVS QVI IN COHORTIBVS
DECEM ET · QVATTVOR · Ī · FLAVIA DAMASCENORVM · MIL
LIARIA Ī BITVRIGVM Ī · THRACVM · Ī · AQVITANORVM
VETERANA · Ī · ASTVSVM ĪĪ AQVITANORVM *ĪĪ* CYRENAICA ·
ĪĪ RAETORVM · *ĪĪĪ* DELMATARVM ĪĪĪ ET ĪĪĪĪ AQVITANORVM
ĪĪĪĪ VINDELICOR · V̄ · DELMATARVM · V̄ĪĪ RAETORVM QVAE
SVNT IN GERMANIA SVPERIORE · SVB · I · IAVOIENO
PRISCO ITEM DIMISSIS HONESTA MISSIONE QVINIS
ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPENDIIS · EMERITIS

tabella posterior

QVORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE
RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT ET CONV
BIVM CVM VXORIBVS QOVAS TVNC HABVISSENT
CVM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES ESSENT
CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTAXAT SIN
sic GVLI SINGVLAS · A · D · VI · K · NOVEMBR
ALBIO PVLLAIENO · POLLIONE COS
CN POMPEIO LONGINO
COHORT · Ī · AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
M ARRECINVS GEMELLVS
EQVITI
MVCAPORI IPTACENTIS F · THRAC
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
QVAE FIXA EST ROMAE

TVM EXPLETVM
p. 615).

NVS MVCAPORI.

rep. Mogontiaci, adservata ibi et Wormatiae.

mox altera tabella inlata est in museum Mogontiacense, altera pervenit in Wormatiense.

extrinsecus: tabella prior

IMP · CAESAR · DIVI · VESPASIANI · F · DOMITIANVS
AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX MAXIMVS
TRIBVNIC · POTESTAT · X̄ · IMP · X̄X̄Ī CENSOR
PERPETVVS COS · X̄V̄ PATER PATRIAE
EQVITIBVS QVI · MILITANT · IN ALIS QVATTV*OR* Ī
FLAVIA · GEMINA · Ī · CANNENEFATIVM · I SINGVLA
RIVM · SCVBVLORVM · ET PEDITIBVS *ET* EQVITIBVS
QVI *IN* COHORTIBVS · DECEM ET · QVATTVOR · Ī · FLA
VIA DAMASCENORVM · MILLIARIA Ī BITVRIGVM
Ī · THRACVM · Ī AQVITANORVM · VETERANA · Ī · ASTVRVM
ĪĪ AQVITANORVM ĪĪ *CYRE*NAICA · ĪĪ RAETORVM · Ī*II*
DELMATARVM ĪĪĪ ET ĪĪĪĪ *A*QVITANORVM ĪĪĪĪ VINDE
LICOR · V̄ · DELMATARVM · V̄ĪĪ RAETORVM QVAE
SVNT IN GERMANIA SVPERIORE · SVB · I · IAVOLENO
PRISCO ITEM DIMISSIS HONESTA MISSIONE *QVI*
NIS · ET VICENIS PLVRIBVSVE STIPENDIIS EMERITIS

*Q*VORVM NOMINA SVBSCRIPTA SVNT IPSIS LIBE
RIS POSTERISQVE EORVM CIVITATEM DEDIT *ET* CO
*N*VBIVM CVM VXORIBVS QVAS TVNC HABVISSENT
*C*VM EST CIVITAS IIS DATA AVT SI QVI CAELIBES · ES
*S*ENT CVM IIS QVAS POSTEA DVXISSENT DVMTA
XAT SINGVLI SINGVLAS A · D · V̄Ī · K · NOVEMBR ·
ALBIO PVLLAIENO POLLIONE COS
CN POMPEIO LONGINO
COHORT · *Ī* AQVITANORVM VETERANAE CVI PRAEST
M ARRECINVS CEMELLVS
EQVITI
MVCAPORI EPTACENTIS F THRAC
DESCRIPTVM ET RECOGNITVM EX TABVLA AENEA
QVAE FIXA EST ROMAE IN MVRO POST TEMPLVM
DIVI AVG · AD MINERVAM

tabella posterior

Q · MVCI	AVGVSTALIS
L · PVLLI	VERECVNDI
C · LVCRETI	MODESTI
C · POMPEI	EVTRAPELI
C · IVLI	CLEMENTIS
Q · VETTI	OCTAVI
L · PVLLI	IANVARI

Imp. Caesar, divi Vespasiani f., Domitianus Augustus Germanicus, pontifex maximus, tribunic(ia) potestat(e) X, imp. XXI, censor perpetuus, co(n)s(ul) XV, pater patriae

equitibus, qui militant in alis[1]) quattuor (1) I Flavia gemina, (2) I Cannenefatium, (3) I singularium, (4) Scubulorum, et peditibus et equitibus, qui in cohortibus[1]) decem et quattuor (1) I Flavia Damascenorum milliaria, (2) I Biturigum, (3) I Thracum, (4) I Aquitanorum veterana, (5) I Asturum[2]), (6) II Aquitanorum, (7) II Cyrenaica, (8) II Raetorum, (9) III Delmatarum, (10) III et (11) IIII Aquitanorum, (12) IIII Vindelicor(um), (13) V Delmatarum, (14) VII Raetorum, quae sunt in Germania superiore sub L. Iavoleno Prisco[3]), item dimissis honesta missione, quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis[4]),

quorum nomina subscripta sunt, ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent, cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent, dumtaxat singuli singulas.

a. d. VI k. Novembr. Albio Pullaieno Pollione, Cn. Pompeio Longino cos.

cohort(is) I Aquitanorum veteranae, cui praest M. Arrecinus Gemellus, equiti Mucapori, Eptacentis[5]) f., Thrac(i).

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae[6]) in muro post templum divi Aug(usti) ad Minervam.

[1]) Verba *equitibus, qui militant in alis ...., et peditibus et equitibus, qui in cohortibus* .... recedunt a forma solita *equitibus et peditibus, qui militant in alis .... et cohortibus* .... (cf. C. I. L. III p. 906).

[2]) ASTVSVM intus.

[3]) I · IAVOLENO PRISCO extr., I · IAVOIENO | PRISCO intus. In utraque tabula praenomen hasta sola repraesentari quaerenti mihi rescripsit Weckerlingius.

[4]) Haec quoque recedunt a formula sollemni et ut scripta sunt laborant ambiguitate; scilicet verba *quinis et vicenis pluribusve stipendiis emeritis* cum pertineant et ad eos qui militant et ad dimissos, per se ad hos solos referri possunt. Similiter scripta est lex et tempore huic proxima et sine dubio ab eodem homine dictata anni 88 pertinens ad exercitum Sardum (Eph. II p. 183) sic concepta: [*equitibus et peditibu*]*s qui militant* [*in cohortibus*] ... *it*[*em dimissis hon*]*esta missione ex iis*[*dem cohorti*]*bus quinis et vicenis pluri*-[*busve st*]*ipendiis emeritis*.

[5]) EPTACENTIS extrinsecus, IPTACENTIS intus; illud verum esse ostendit titulus Aquincensis supra p. 616 laudatus.

[6]) in *Romae* finit int.

Priorem tabulam intercedente Hettnero Treverensi benigne descriptam misit Weckerling professor Wormatiensis. Posteriorem delineatam miserunt Carolus Zangemeister Heidelbergensis et Iacobus Keller Mogontiacensis; eam edidit hic *Westdeutsches Correspondenzblatt* a. 1884 Iun. 1. In priore de quibus elementis non satis constabat Weckerlingio, repraesentantur inclinata. — Litterae I et T et L passim vix differunt.

Alarum, quae sunt numero quattuor, duae, I Flavia gemina et Scubulorum, redeunt in reliquis tribus legibus ad eundem exercitum pertinentibus annorum 74 (C. I. L. III p. 852) et 82 (Eph. IV p. 495) et 116 (C. I. L. III p. 870. 871), tertia I Cannenefatum in legibus a. 74 et 82. Quarta sola quamquam ipsa non minus nota, tamen in Germania nova est. Hoc compereramus castra eam in Raetia habuisse a. 107 (C. I. L. III p. 866); iam intellegitur eam inter a. 90 et 107 ex Germania superiore in Raetiam transiisse. — Cohortes quattuordecim non solum ipsae notae sunt omnes, sed omnes repeiuntur in legibus tribus modo nominatis. Adsunt quattuor earum in omnibus tribus, scilicet I et IIII Aquitanorum, VII Raetorum, I Thracum; duae in legibus a. 74 et 116, quae sunt II Cyrenaica et V Delmatarum; una in legibus a. 82 et 116, II Raetorum; quattuor aut in legibus a. 74 et 82 aut in illa sola III Aquitanorum, I Asturum, I Biturigum, IIII Vindelicorum; una in lege a. 82 II Aquitanorum; duae in lege a. 116 I Flavia Damascenorum et III Delmatarum. Itaque ex lege quae iam comparuit a. 90 hoc tantum proficimus cohortes proxime nominatas aut ad annum eum aut ab eo castra habuisse in Germania superiore. — Videlicet exercitus Germanicus quaenam auxilia habuerit aetate Flavia quamquam ex singulis legibus plene effici non potest, cum nulla lex omnia simul enuntiet, pluribus legibus ex hac provincia prolatis ita patefactum est, ut novae tabulae eius aetatis eiusque provinciae ad laterculum quod addatur vix iam afferant.

Legatus quoque, qui Germaniae superiori praefuit anno 90, notus est. Scilicet Iavoleni Prisci clarum adhuc est inter iuris prudentes nomen, isque quos honores administrarit, olim aperuit basis statuae dedicatae ei Nadini in Dacia a quodam amico (C. I. L. III, 2864 cum add. p. 1062) inscripta *C. Octavio Tidio Tossiano Iaoleno Prisco l(egato) leg(ionis) III Aug(ustae), iuridic(o) provinc(iae) Brittaniae, leg(ato) consulari provinc(iae) Germ(aniae) superioris, legato consulari provinc(iae) Syriae, proconsuli provinc(iae) Africae, pontifici.* Omisit qui scripsit honores urbanos omnes ipsumque consulatum, in cuius vicem legationes Germaniae et Syriae consulari datas esse item praeter consuetudinem enuntiavit. Eum ipsum esse iuris auctorem memoratum cum apud Plinium in epistula 6, 15 tum in Digestis passim inde efficitur, quod hic dicitur magistratus gessisse in Africa et in Syria (Dig. 40, 2, 5); accedit ex hac lege Germania. Aetatem eius praeter hanc legem duo sunt quae determinent, quod in secta iuris Sabiniana, cui praefuit, successit Cn. Aruleno Caelio Sabino consuli anni 69 (Dig. 1, 2, 2, 53) et quod Plinius in epistula, quam supra laudavi, scripta anno fere 106 vel 107, eum narrat adfuisse Romae recitationi cuidam. Iam huius legis beneficio illis indicationibus certiores accedunt et recte determinatae, scilicet consulatum eum gessisse ante a. 90, praefuisse Germaniae superiori eo ipso anno. Confirmatur ita quod olim intellectum est perperam a scriptore vitae Pii c. 12 Iavolenum referri inter iuris auctores ab imperatore Pio adhibitos; nam vix advivere potuit ad a. 138, cum natales secundum ea quae nunc didicimus ante a. 60 reiciantur. — Sed gravis difficultas restat in praenomine. Iuris auctori praenomen fuisse Lucii et haec lex ait (de Tito enim, quod aes pariter admit-

tere videtur, non erit qui cogitet) et confirmat laterculus calatorum pontificum et flaminum anni 102 (C. VI, 2184. 2185). Nam cum constet Priscum eo tempore et vixisse et fuisse pontificem, calatores autem lectos esse ex sacerdotum libertis, qui in laterculo illo recensetur *L. Iavolenus Phoebus* necesse est manumissus sit a iuris auctore Prisco et praenomen a domino traxerit. Etiam in titulis Iavolenorum urbanis, qui compositi sunt C. VI, 19663—19668, praenomen Lucii quater, aliud autem nullum reperitur; videnturque homines illi omnes pertinere ad Prisci nostri familiam unici in ea gente conspicui viri. At in basi Nadinensi eum Gaium appellari vix videtur posse in dubium vocari; minus fortasse offendet coniectura, sane molesta et ipsa, duo praenomina Priscum habuisse eorumque alterum in basi illa praeteritum esse. Honoratum Nadini quominus statuamus differre ab auctore iuris, obstant tres magistratus Germaniae Syriae Africae, quos et iuris auctorem gessisse novimus et basis enuntiat.

Praeterea cum iam constet Priscum iuridici officio functum esse primis annis imp. Domitiani, confirmatur, quod alibi defendi (huius Eph. IV p. 225), iuridicos institutos esse non ab Hadriano, sed ab ipso Augusto.

De consulibus sufficiunt quae disputavi supra p. 616 latente etiamtum tabella priore; hoc solum addendum est anni 90 suffectos alios adhuc nullos innotuisse.

Locus fixae legis is est, quem adhuc noramus usurpari coeptum esse inter a. 86 et 93 et deinceps mansisse. Iam hac lege prolata restrictis terminis illis intellegitur eam consuetudinem legum de civitate figendarum ad Minervam coepisse inter a. 86 et 90.

Th. Mommsen.

INDICES.

I. NOMINA.

I. IMPERATORES ET DOMVS EORVM.

a. 195	pont. max.	tr. pot. III	[imp. ...]	cos. II		p. p.	806
a. 197	pont. max.	tr. pot. V	imp. VIII	cos. II			898
a. 198		tr. pot. VI	imp. XI	cos. II	procos.	p. p.	817
a. 198		tr. pot. VI	imp. XI	cos. II		p. p.	1161
a. 199	pont. max.	tr. pot. VII	imp. XI	cos. II	p. p.	procos.	1174
a. 204	pont. max.	p. p.	tr. pot. XII	cos. III	[imp. XI]	[proc.]	277
a. 205	pont. max.	tr. pot. XIII	imp. XI	cos. III	procos.	[p. p.]	902
	pont. max.	tr. [pot.] ..	imp. XI	cos. II ..	procos.		73
a. 209	pont. max.	tr. pot. XVII	imp. XII	cos. III		p. p.	460
a. 209	[pont. max.]	[tr. pot. XVII]	imp. XIII	co[s. III]	[p. p.]	[proc.]	1057
	pont. max.	[tr.] pot. ..		cos. III		p. p.	1193
*	pont. max.	tr. pot. XII	imp. VIII	cos. (cons. 28) II		procos.	25. 26. 28

fortissimus felicissimus (princeps 617) (p. p. 822) 617. 822. 1174
fortissi[mus princeps?] 716
pacis publicae restitutor 817
princeps felicissimus 25. 26. 28
propagator imperii 898
propagator imperii fortissimus felicissimusq. princeps 902

col. Septimia Vaga nomini et auspiciis diuinis eorum (*Severi et domus eius*) inlustrata 460

IVLIA SEVERI

Iulia Severi 460. 519. 531. 598. 1193. 1197. 1199. 1228
Iulia Augusta 668. 902. 910
Iulia Domna Augusta 30. 817. 1149. 1189. 1212 (Pia Felix *add.*). 1234 (Aug. *om.*). 1235

mater castrorum 30. *1199. 1235
mater castrorum *coniux Severi* 817
mater castrorum coniux *Severi* [mater] *Antonini et Getae* 902
coniux *Severi, mater Antonini et Getae* 598
mater castrorum et Augusti 910
[mater Augg. et c]astrorum 460
mater Aug. et castr. 668. *1197
[mater] ... castr[orum] .. 1199
[mater August]i 519
[mater A]ug. et castr. et ... 1228
mater Aug. et castrorum et senatus 1212
[mater Aug.] et castror. et senatus et patr[iae] .. 531
mater castr. et senat. et patriae 1149

iuncta Severo et Antonino 668. *1234
iuncta Severo Antonino Getae 460. 598. 902. 1189. 1193. 1197. 1235
iuncta Antonino 519. 531. 1212. 1228

ANTONINVS SEVERI F.

Antoninus Severi f. *333. 338. 519. 521. 523. 531. 598. *762. 1057. 1120. 1159. 1168. 1189. 1193. 1195. 1197. 1228. 1235
Aurellius *scribitur* 979
Imp. Caesar (Imp. Caes. *om.* 1400; *bis* 823; Caes. *om.* 810) M. Aurelius (Aur. *om.* 810. 1161) Antoninus Aug. 25. 26. 29. 73. 287. 504. 562. 618. 810. 823. 1161. 1174. 1400
Imp. Caesar (Imp. Caes. *om.* 335, Caes. *om.* 822) M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. (Pius Aug. 176. 716. 1102; Pius Aug. Felix 617;

a. 215	pont. max.	tr. pot. XVIII	imp. III	cos. IIII	p. p.	procos.	1149
a. 216	pont. max.	tr. pot. XVIIII	imp. III	cos. IIII	p. p.	proco(n)sul	1159
a. 216		tr. pot. XVIIII					1102
a. 217	pont. max.	tr. pot. XX	imp. III	cos. IIII	p. p.		1120
a. inc.	procos.	imp. III				*vivo patre*	*25. *26. *29
a. 215/7	pont. max.	[tr. pot. . .]	imp. III	cos. IIII	p. p.	procos.	D. LXXVII

post a. 213 pont. max. 519

GETA

L. Septimius Geta 718
P. Septimius Geta 25. 26. 1400
[P.] Septimius [S]everus Geta 460

Aug. n. filius 668
Severi f., *Antonini* [frater] 718
filius et frater Augg. nn. 25. 26
Severi f., *Antonini* frater, divi M. Antonini Pii Ger. Sarm. nepos, divi Antonini Pii pronepos, divi Hadriani abnepos, divi Traiani Part. et divi Nervae adnepos 1174

Caesar 25. 26. 73. 504. 1400
princeps inventutis 668. 1235

Erasum est nomen Getae praeter titulos supra citatos, in quibus erasa ex parte legi potuerunt 598. 618. 716. 822. 902. *927. 1161. 1189. 1193. 1197

ELAGABALVS

Imp. Caesar M. Aurelius Antoninus Pius Felix Aug. (Aug. *om. lapsu quadratarii* 1143) 72. 74. *1122. *1143
divi Severi nep., divi M. Antonini (. . . [Britt]annici max. Germ. max. Adiab. max. *add.* 1122) f. 74. *1122
divi Magni Antonini Pii (Antonini *nude* 72) f., divi Severi Pii (Pii *om.* 72) nep. 72. 1143

a. 219	(pont.) max.	tr. pot. bis	(cos. bis)	cos. desig. ter.	p[rocos.]	1143
a. 220	pont. max.	[tr. pot. III]	cos. III		p. p.	1122
	trib. pot.	cos.	[pr]ocos.		p. p.	72

dominus indulgentissimus 72
felicissim[us atque] indul[gentissimus princeps] 1143

nomen erasum 1121

ANTONINVS INCERTVS

sacratissimus dominus n(oster) Antoninus Aug. 1346

ALEXANDER

Imp. Caesar M. Aurelius Severus Alexander Pius Felix (Pius Felix *om.* 497) Aug. 497. 558. 570. 612. 1144. 1229. 1263. 1313
Severus Alexander Augustus 719
divi Septimi (Sept. *om.* 1144) Severi Pii nepos, divi Magni Antonini (Ant. Magni 1144) Pii f. 558. 1144
divi Magni Antonini f. *post nomina* 1313

a. 230	[pont. max.]	[tr. pot.] V[II]II	cos. I[II]	[p. p.]	558
a. 233	pont. max.	tr. pot. XII	cos. III	p. p.	612
	pont. max.	tr. [pot.]	. . .	. . .	1263
	[pont. max.	tr. pot.	cos. . .	p. p.]	1144

Victoriae *eius* 1263

nomen erasum est 1121 *et in titulis supra citatis, exceptis* 570. 1229; *in litura repositum* 719. 1121. 1263

IVLIA MAMAEA

Iulia Mamaea mater August[i] 719

Iulia Mammaea A[u]g. [mater] Aug. nostri et castrorum et senatus et patriae 612

Iulia [Avita Mamaea] Aug. 497

[mater ......] et senatus et patriae 1229

nomen erasum 497. 612. 719

MAXIMINVS

Imp. Caes. (Caes. *om.* 1316) C. (Gaius 76) Iulius Verus Maximinus Pius Felix invictus (invictus *om.* 1316) Aug. 75. 76. 1316

? Imp. Caes. [C. Iul. Verus] Maximi[nus] *nom. eras.* 1069

p. m.	trib. potest	p. p.	75. 76

PVPIENVS ET BALBINVS

nomina deleta 77

GORDIANVS III

Gordianus 1044. 1146

M. Antonius Gordianus nobilissimus Caesar 77

Imp. [Caes.] M. Antonius Gord[ianus Sempronius] Romanus African[us invictus P(ius) F(elix) Aug.] 342

Imp. Caes. M. (M. *om.* 310; Marcus *perscr.* 40) Antonius Gordianus (Gordianus *om.* 40) Pius Felix invictus (invict. *om.* 310. 1097; invict. *ante* P. F. 1127; invict. [et] felix 1046) Aug. 40. 310. 1046. 1097. 1127. 1135. 1136

Gordiani nepos 40

divi Gordiani nepos, divi Gordiani sororis filius 1097

nepos Gordianorum Augg. nn. duorum *1146

a. 239	pont. max.	tr. pot. II	cos.	procos.			1127
a. 243?	pont. max.	tr. potestas	cons. III	procon.	p. p.		1097
a. 243/4?	pont. max.	tr. pot.	p. p.	imp. VII	cos.	proconsu(l)	1046
	pont. max.	tr. pot. II	cos.	p. p.	procos.		1135. 1136
	pont. max.	t[r. pot.]	...	...	....		342

pro salute et victoria et reditu Gordiani Aug. (*a.* 243) 1044

TRANQVILLINA GORDIANI

Sabinia Tranquillina Aug. 310. 1046

c[oniux] *Gordiani* 310

PHILIPPVS PATER

Imp. Caesar M. Iulius Philippus Pius Felix (invictus *ins. ante* P. F. 1158. 1162, *post* P. F. 1134) Aug. 1076. 1134. 1158. 1162

d. n. 1162

a. 244	pont. max.	tr. pot.		p. p.		1158. 1162
a. 245	pont. max.	tr. pot.	cos.	p. p.	procos.	1076. 1134

nomen erasum 1079

II. REGES.

III. PRAENOMINA RARIORA.

IV. NOMINA PRIVATORVM.

SALVIVS NEN[IVS] L. AIVS CAMP[ANI]ANVS CN. PLO[TIVS] MAXIMINVS T. OENIVS SEVER[VS] SERVEIENVS V[RSVS] 58

V. COGNOMINA.

[1]) Recepimus vocabula n. 454, quamquam, utrum hominum sint an equorum nomina, nescimus.

II. NOTABILIA.

BELLA ET EXPEDITIONES

CARMINA

CHRISTIANA ET IVDAICA

COLLEGIA

p. Chr.	provinciae	
209	CLXX	936
213	CLXXIIII	949
214	CLX[XV]	979
222	CLXXXIII	950
234	CLXXXXV	935
237	CLXXXXVIII	934
241	CCII	951
254	CC et XV	953

261	CCXXII	1050	
278	CCXXXVIIII	1303	
312	[C]CLXXIII	1315	
329	CCXC	1041	
342	CCCIII	1026	
352	CCCXIII	1056	
383 *vel* 384	CCCXLIV (*vel* $\overline{\text{V}}$)	944	
408	CCCLX et ϚIII	1309	
482	CCCCXLIII	639	(*in titulo prov. proconsularis*)
489	CCCCL	1063	

GRAMMATICA QVAEDAM

A = E	consacravit 1386
	Sabastenorum 699
AE = E	ae (*praep.*) 1016
	aepulantur 494
	aepulum 293 = 1212
	aerae 527
	Aetrillius 1276*d*
	baeatissimo 828
	Caeioni- 556. 729. 907
	diaebus 165
	egregiae 766
	laeones 1043
	pacae 791
	postquae 266
	praetium 697 (*septies; in eodem titulo* pretium *quinquies*)
AI = AE	Ailius 153
	Aim(ilia) 153
	Caisar *82. 175
	Mamaia 22
	cf. 1 declin.
B = P	conscribtos 279
	dilabsum 579
	labs- 255. 766
	scribt- 279. 319. 628
B = V	† bibas 675
	† bibat 1260
	bixit 1325
	† bolumtatis 1172
	inb(icto) 1385
	Iobiano 131
	lebare (*in edicto a. 49*) 187
	† requiebit 1166
	vibis *ad n.* 196
C *omissum*	† santas 539
C = Q	lincuens 279 *carm.*
CV = QVI	sescuplicarius 993
CH = C	Chellenses 639
	Chirta 638

HONORES PVBLICI

[1]) Voconii Saxae legati Lyciae et Pamphyliae a. 149 mentio fit in titulo reperto Cyaneis in Lycia apud Borghesium opp. 8 p. 276. Ad eundem data epistula a Marco et Lucio legitur in Digestis 48, 18, 1, 27. Admonuerunt amici Waddington et Ramsay. Hic addit confirmari inde, quod Ptolemaeus et hoc Pisidiae oppidum et alia complura sub capite Pamphyliae recenset, Comamam quo tempore Augustus colonos eo deduxit legato Galatiae paruisse, postea Pamphylia provincia instituta ei accessisse.

HONORES MVNICIPALES

LVDI EPVLA SIMILIA

MILITARIA

f) *alae:*

NOTAE ET COMPENDIA SCRIPTVRAE

RES SACRAE

INDEX COMMENTATIONVM.

Prodiit d. 22 Novembris a. 1884. Formis Academicis (G. Vogt).



C. Ohmann autogr.

L. Kraatz impr.


AFRICA cum parte NVMIDIAE
cum indicatione locorum in quibus inter annos 1881 et 1884
reperti sunt tituli Latini.
H. KIEPERT del.
PROVINCIA PROCONSVLARIS
NVMIDIA
PROV. BYZACENA
HIPPO DIARRHYTVS
Bizerta
VTICA
Bu Schater
Mater
CARTHAGO
MAXVLA
THABRACA
Tabarka
Bona
HIPPO REGIVS
La Calle
Via ferrea
THVBVRBO MINVS
Teburba
MVN. CINCARITANVM
VAGA
Bêdja
THVCABOR
FVRNI
SICILIBBA
BVLLA REGIA
N. Mdjerda BAGRADA
MEMBRESSA
VALLI
CHIDIBBIA
TICHILLA
THVBVRNICA
SIMITTHVS
Ghardimau
THVBVRSICVM BVRE
Tebursuk
THIGNICA
THVGGA
Dugga
AGBIA
MVSTI
COREVA
AVITTA-BIBBA
BISICA
THVBVRBO MAIVS
VILLA MAGNA
Hammâmet
MASCVLVLA
NARAGGARA
THAGASTE
Suk Aghâs
THAGVRA
Ta'ûra
TIPASA
MADAVRA
Mdaurusch
el-Kêf
SICCA VENERIA
TNACIA
ZVCCHARA
THACA?
BOTRIA
MEDICCERA
VPPENNA
LARES
Lorbus
ASSVRES
AVBVZZA
CELLAE
ALTHIBVRVS
MACTARIS
ZAMA
LIMISA
MVN. MVZVENSE
CIV. MVZVCENSIS
CIV. VAZITANA SARRA
ZAPPA
AVVLA
CHVSIRA
MIDIDI
THVGGA TEREBINTINA
Susa
HADRVMETVM
RVSPINA
Monastir
Mistir
LEPTIMINVS
Lamta
Kairuan
AQVAE REGIAE
THALA
AMMAEDARA
Haidra
SVFES
Sbiba
Tebessa
THEVESTE
el-Ksur
Bordj Hallûfa
Confinia provinciarum Constantinensis
Modulus 1 : 100,000 (tabulae II volum. VIII. C. I. L.)
M.P.
Chiliometra
W significat Wed (Wadi) i. e. vallem, H^r Henschîr i. e. rudera antiqua. 1 Lapides miliarii.
C. Ohmann autogr.
L. Kraatz impr.